

Inveni ovem, quæ perierat. Luc. 15. 6. Licet ovem istam catifino pretio emeret, juxta illud 1. Cor. 20. empi estis pretio magna, hanc tamen emptorem reputat inventionem 3 quasi nihil æstimans quiddid dedit pro ejus inventione: in hoc ostendens inmentiam amorem, quem habuit ad hominem. Sanctus Bernardus, Senenſi ſerm. 51. Lætificans nos exhilaratur Chriſtus; & pſcens paſcitur miſericors; & noſtrum potum ac alimoniam, hoc eſt, doctrinam, proprium cibum exilimat. Theophylaſtus hic.

Nondum venit hora mea. Joan. 2. 4. O Chriſte! univerſorum potentiffime Domine! quomodo dicis horam tuam nondum veniſſe? nunquid ſuper omnia tempora habes poteſtatem? tunc eſt dies, & tunc eſt nox. Pl. 73. 16. Dico: licet omnia tempora, & horæ illius ſint; illam tamen peculiariùs horam ſuam vocat, in qua nobis utilis eſt, aliquod beneficium nobis vult conferre. Sic horam ſuam horam mortis ſuæ vocavit: quia nobis futura erat utiliſſima. Quia legitur miraculum, quod facere decreverat, ut illius futurum erat hominibus, poſtquam ſibi vinum deſiſſe cognoſcerent; horam ſuam nondum veniſſe dicit: quia nondum acceſſerat hora majoris illorum utilitatis; qua major eſſet illis occaſio, illius verum Deum eſſe, cognoſcendi. In quo verbo firmam nobis dat fiduciam; ut, cum ad eum in noſtris occaſionibus conſugiſſimus, nec nobis ſtatim ſubvenit; cogitemus, eum nobis dicere: nondum venit hora mea; nondum eſt tempus, quo hoc, quod à me petis, ad majorem ſpiritus tui utilitatem, te oportet accipere. Id. Dom. 2. poſt Epiph. Conc. 3.

Ermanifeſtavit gloriam ſuam Joan. 2. 11. Cur dicitur hic maniſeſtavit gloriam ſuam? quia hoc miraculum Chriſti Euchariftiam adumbravit: in ea enim mirabilia potentie & gloriæ ejus apparent; dum nobis ſummè beneficiat. Sylv. hic q. 33.

Sicut aſcendi ſupra à terra, omnia traham. Jo. 12. 32. Vocans omnia hominem. Non enim cæteras creaturas, propter hominem, ad ſe poſt mortem ſuam traxit. Et ſicut qui amicum ſibi chariſſimum, & diu deſideratiſſimum, ſecum habens, omnia ſe habere aſſertat; ſic Chriſtus Dominus, poſtquam nos ad ſeipſum per mortem ſuam traxit, omnia ſe habere reſtaur. Attendet, quòd Dominus Deus tuus Mundum totum habere non dicitur, quamdium te non habet. Philipp. Diez. tit. Charitas.

Sciatis JESUS, quia venit hora ejus Joan. 13. 1. Cur mortem ſuam horam ſuam vocat? cum homines horam ſuam, horam proſperitatis ſoleant vocare? Si eſſet dies Reſurrectionis; cum cantat Eccleſia, hodie quæ ſecit Dominus; conſentaneum eſſet, & dicit, & horam ejus vocari. Ex amore, res noſtras, ſuas vocat. Nulla hora magis fuit noſtra, quam hæc: vocat autem ſuam, quia noſtra erat. Vide peccator! quantum te Deus diligit: quia mortem ſuam, eò quòd ſit vita tua, horam magnæ proſperitatis eſſe judicat; & vult, ut per antonomiaſtam horam ejus appelletur: in qua ut tibi ſerviret, tot, tamque mirabilia operatus eſt. Id. ſer. 5. in Cœna Dom.

Maniſeſtavi non enim tuum hominibus, quos dediſti mihi. Jo. 17. 6. O liberaliſſime JESU! id quod tibi tanti ſtetit, & propter quod tot dolores, tamque crudelē mortem, paſſus es; donatum tibi eſt dicis? Benedictus, & gloriſicatus ſit tantus amor! Philipp. Diez. Dom. 3. Pent. Conc. 2.

Pater ſancte, ſerva eis in nomine tuo, quos dediſti mihi. Jo. 17. 11. Loquitur de his, pro quibus mortuus eſt; & quos infinito pretio ſanguinis ſui acquiſiſſit. Sed quomodo de his ait, quos dediſti mihi? Non enim gratis donati fuere, ſed pretio empti? Preæ amoris æſtu opera ſua parva videbantur. At noſtra merita ita æſtimat; ut per ea dicatur beatitudinem nobis acquirere, & emere. Rich. à S. Viçt. cap. 10. in Cant. Charitas circa eorum ſalutem tanta fuit, quòd cum eos pretio ſuæ mortis redemiſſet, nontam redemptos à ſe, quam à Patre ſibi datos, commemorat: Pater, quos dediſti mihi: In tantum de eorum redemptione exultat, ut non putaret magnum id, quod pro eis pertulit; ſed videatur eos, quos accepit, datos ſibi potius in munere, quam emptos pretio ſui ſanguinis, & compenſatione. Bæza lib. 4. cap. 4. S. 14.

Cannabæ cito illo. Apoc. 3. 10. Intrans Dominus in animam non cœnat: ſed quia ipſe dat animæ cœnam, ita illi placet, ac ſi ipſe cœnaret. Philipp. Diez. Conc. 4. feſto Corp. Chriſti. Oramus in Cantico illo Gloria in excelsis Deo: gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Incongruè ſic loqui videmur; dicendum Deo potius: gaudemus propter magnam gloriam tuam: gratias verò agimus propter accepta beneficia. An rectè faceret, ſi Pontifici diceret, gratias tibi ago, quia Pontifex es; ſed potius letor, & gratulor, de tuis honoribus. Solutio dubii: gloriam ſuam in maxi-

maliberalitate collocat; quia ſibi ſummæ gloriæ ducit, ſemper gratias maximas elargiri. Beatiſſimus magis dare. Paoletti f. 3. poſt Epiph.

Vide plura tit. Salus. Quies. Liberalitas. S. X I I I. Eſt Conſtans.

Stabit in dilectione ſua. Soph. 3. 17. Id eſt, ſtabilis erit in dilectione tui: nullo caſu dilectionem ſuam revocabit, ſed, ut lapis in centro, ita Chriſtus in dilectione tui, ſtabit; & conquieſcet. Cornelius hic.

In ſeipſo dilexit. Joan. 13. 1. Toletus: amicorum hujus ſæculi amor valdè eſt imperſectus: ſed amare incipiunt, citò deſinunt, parùm amant. At Chriſtus Dominus, etiam ut homo, ſuos dilexit diſcipulos & electos. Citò incipit, qui ab inſtanti ſuæ Incarnationis intenſiſſimè ſuos dilexit. Numquam deſiit, nec deſinet; nam nec morte amor ille finem habuit. Multum, & ſupra modum, amavit; ſi qui morte, & Paſſione ſerviſſima (quando patres etiam filiorum obliſcuntur) imminente, adhuc tenerimè amans, ſeipſum in cibum, & ſacrificium perpetuum dedit. Eſcob. l. 3. de ped. abl. ſect. 1. S. 4.

Sponſus quidem poſt primos dies remittit amorem vehementiam; ſponſus autem noſter noſam perpetuò, & anget deſiderium: quod innoſ Joannes, vocat ſponſum, quando ſunt ſumma deſideria. S. Chryſoſt. in Pſalm. 5.

TITULUS XIV. AMOR ERGA DEUM.

S. I.

Figuræ, & Symbola.

Ex Veteri.

Scala Jacob. Gen. 28. 12. Scala Jacob vera vite devotæ imaginis & gradus nihil aliud, quam diverſi charitatis gradus. S. Franc. Saleſ. in Philotheap. 1. c. 2.

Vestis Joſeph. Gen. 37. 4. Charitas eſt veſtis Joſeph conſtituta omni virtutum varietate. Sanct. Franc. Saleſ. ibid. lib. 11. cap. 8.

Apparuit ei Dominus in flamma ignis de medio rubi. Ex. 3. 2. Amor juſtiſſimè celo ignis eſt, quem Moſes in rubo vidit: quem uſit, non conſumpit: in celo enim nihil eſt, quod conſumit, aut purificari poſſit. Juſtiſſimè via eſt amor, ignis conſumentis. Deut. 4. 24. Quis martyrii vitam abſumpſit? Amor ignis conſumentis. Alis divitiis, & liberatam, amor conſumentis: Philipp. Diez. Dom. 17. Pent. cap. 2.

In dextera ejus ignis lex. Deut. 33. 2. hæc lex ignea ſignificabat Legem novam, quæ eſt amoris; & de qua Luc. 12. 49. ignem veni mittere. Hinc Greg. hom. 30. in Evang. dextera Dei appellatur Elect. in dextera ergo Dei eſt ignis lex, quia Electi mandata cœleſtia nequaquam frigido corde audiunt; ſed ad hæc amoris intimi facibus inardescunt. Cornel. à Lap. hic.

Quomodo dextera dextera cervus Pſalm. 41. 1. Talis omnino eſt amor Dei: nam eum ſerpenſibus carnalium cupiditatum bellum perpetuò gerit, & eum tentationibus, vel perſecutionibus premitur; ad montem contentationis fugit, & in formorum moleſtis patienter tolerat; ſed præcipuè ſummo deſiderio Jeſum ſicit. Bellarm. hic.

Æſtatem, & ver, in pluviali ea. Pſalm. 73. 17. Per hæc tempora ſignificat Fideles, diverſa morum qualitate pollentes: alii enim ſunt tanquam æſtas, fidei calore ferventes ad Martyrium uſque perducti; alii manuſerine temperati; tanquam ver, æquabili Domino devotione famulantur. Caſſiodorus hic.

Neomenia. Bucinate in Neomenia tuba. Pſalm. 80. 4. Tertia feſtivitytas eſt Neomenia, id eſt, nova luna. Tunc autem luna innovari dicitur, cum ſoli conjungitur, & ab eo ad concipiendum ſplendorem velut amiſſi luminis, reparatur. Sol juſtitia Chriſtus, Luna autem primò ſancta univerſalis Eccleſia: deinde quæ fidelis eſt anima ejus, qui ſplendor eſt gloriæ, & figura ſubſtantie de radiis illuſtrata. Cum ergo quælibet anima ſancta Redemptori ſuo veraciter in amore conjungitur, tunc ſolemnitatem Neomenie celebrat. B. Petr. Dam. l. 4. ep. 16.

Dominus proteſſio tua ſuper manum dexteram tuam. Pſal. 120. 5. Dextera hominis eſt amor Dei, & eorum, quæ Deo faciunt appetitus. S. Proſper. hic.

Hedera arborem, qua ſuſtentatur, & in altum erigitur, quaſi brachiis aſtringit, quia ſua ab illa perfectionem accipit. Tu, omni, quo potes, amore Deum amplectere, ſine quo nec ad momentum ſubſiſtere potes. Corn. à Lap. in Prov. c. 16. v. 4.

Sagitta. Quia amore languet. Cant. 2. 5. S. Greg. vertit: vulnerata ſum à dilectione. Oſtendit hæc oratione telum, quod cordi alicui inſidet. Qui telum autem jaculatur, eſt dilectio, ſeu charitas.

Quæ

Quæ paulò ante reſta facta eſt ſcopus, nunc ſeipſam pro telo aperit in manibus Sagittarii. Levæ ejus ſub capite meo, v. 6. qua arcus tenditur; & dextera illius amplectitur me; qua telum dirigit, tamquam ſponſam ſurſum deducens, ad participationem æternitatis. S. Greg. Nyſſ. hic.

Somnus, Reclinatorum amorum. Cant. 3. 10. Somnus meritò amor appellatur: quia ſicut dormiens à viſibilibus oculos claudit, & inviſibilia contempletur; ita is, qui Divinæ contemplationi inſiſtit, quaſi alienus eſt, & dormit exterioribus; ſola ſpiritalia, & cœleſtia videns. S. Thom. hic. Dulciſſimus eſt ſomnus, & ſuaſiſſimus eſt, Chriſtum quaerere. Id. Somno comparatur amor: quia viſibilibus appetitu ſenſum mentis avecit, atque ad inviſibilia appetenda convertit; cum ipſi etiam morti comparatur: quia, ſicut mors corpus interimit, ſic & ab exterioribus delectationibus internæ vite claritas occidit. Ven. Beda hic. lib. 3.

Dabo tibi poculum ex vino condico. Cant. 8. 2. id eſt, ferventem amorem, variis virtutum pigmentis ornatum. Sanct. Iſid. hic.

Cujuslibet affectionis amor eſt principium. Sanct. Thom. in Job.

Ex Novo.

Neſcit ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua. Matth. 6. 3. In dextera intelligitur amor Dei; in ſiniſtra vanitas, vel cupiditas Mundi. Quid eſt ergo, neſcit ſiniſtra tua? niſi: quòd facit amor Dei, non corrumpat, aut perdat vanitas; vel cupiditas Mundi. S. Aug. ſer. 6. poſt Dom. Quinq. ſer. 2.

Inventa una perſiſa margarita. Matth. 13. 46. Unde te amabo, niſi tu Domine dederis amorem tuum? ſpecifica hæc margarita eſt; & non facile eſt reperire eam. S. Thom. Villan. tr. de adv. Dom. Nihil in tota domo Dei amore ſuo eſt pretioſius, nihil præſtantius. Hoc omnium donorum Dei maximum eſt, donum ſuper omne donum; quod non præſtatur niſi amicis; imò donum ipſum amicitie. O pretioſam margaritam! quam qui invenit homo, vendit omnia, quæ habet, & emittit eam. O præſtantiffimum theſaurum, quem qui poſſidet, etiamſi omnibus careat, dives eſt; quo qui caret, eſti careat omnia habere, parvus eſt. Id. ſer. 1. Dom. 17. poſt Pentec.

Ignem veni mittere in terram. Luc. 12. 49. Ambroſius. Bonavent. &c. intelligunt amorem Dei.

Ex Patribus, & aliis.

Duas iſtas civitates Hieruſalem, & Babyloniam, faciunt duo amores: Hieruſalem facit amor Dei, Babyloniam amor ſæculi. Interrogat ergo ſe quiſque, quid amet? & inveniet, unde ſit civis: & ſi ſe inveniet civem Babyloniam, extirpet cupiditatem, plantet charitatem. Si autem ſe inveniet civem Hieruſalem, toleret captivitatem, & ſperet libertatem. S. Aug. in Pl. 64. prope initium.

Uniquique Hieruſalem, aut Babylonis, civis eſt. Sicut enim per amorem Dei quiſque ſanctus civis Hieruſalem eſt; ita per amorem ſæculi omnis iniquus in Babylonie ſtructura operatur. S. Greg. in Pl. Pœnit. 50.

Inebriat amor Dei ad contemptum Mundi; caulefacit, quia ferventes facit; acuit, quia erudit; facit audaces contra adverſa, & fortes à carne, Mundi, & demonibus, invincibiles; obliſcunt eorum, quæ retrò ſunt. S. Bernard. ſup. Salve Reg. ſect. 4.

Vili comparatur amor Divinus? viſus enim principalis eſt ſenſus. Id. de dign. div. am. l. c. 7. Primus amoris nativitatis locus eſt Deus. Id. lib. de amore cap. 2.

Ipla charitas eſt oculus, quo videtur Deus. Id. c. 6. Quid mirum, ſi regnum cœlorum vim patitur? ipſe Dominus violenti amoris vulnus ſuſtinuit. Si plures habes oculos, omnes alios claudes, ut hoc uno utaris, quo ſolo dilectum inveni ſoles; & quo ſolo vales. Qui directus intueri vult, alterum oculum claudunt, alterum intendunt; & eum ipſum, quo certum, ſtringunt, ut ſtriçto efficaciâs contemplerunt acuminem. Gilb. Abb. in Cant. ſer. 30.

Delicatum, ac molle vinculum, eſt Dei dilectio; & tamen gladius anceps eam ſcindere non poteſt. Diſſecerunt tyranni membra ſanctorum Martyrum; charitatem autem eorum nequaquam diſſecare poterunt. S. Ephrem. de judicio extremo, & de compunct.

Quis neget, amorem ſpiritualem ignem eſſe? rectè itaque, illa mentis in ſuperna elevatione, ex fervore dilectionis oritur, ſumo, ni fallor, comparatur. Quid autem intelligimus per ejuſmodi ſumum, niſi devotæ mentis deſiderium? quaſi ergo ſumma anima in ſuperna aſcendit, quando dilectione fervente, & in hoc ipſum urgente, ſumum deſiderium ſuper ſemetipſam rapit, Rich. à S. Viçt. de arc. de myſt. l. 5. c. 6.

S. Dionyſ. Areop. de div. nom. cap. 4. p. 1. dixit: motum divini amoris circulo eſſe ſimilem; qui circino ducitur: ille enim incipiens ab uno puncto circumducitur, ſiniturque in eodem, à quo inceperat. Ità opera Dei, quæ in prædeſtina-

tis valdè eminent, ab ipſo Deo incipiunt, ejus auxilio progrediuntur, & in eodem ipſo terminantur. Lud. de Pont. de perfect. Chriſtiani hominis tr. 1. cap. 1.

Unam peti à Domino, hæc requiram. Pl. 26. 4. Hæc eſt unitas illa, quæ, Daniel 3. 47. ſurgentis flammæ cubitis 49. deerat: quia carnalis appetitus, dum per multa raptaus oberrat, non habet unum illud, cauſam videlicet, ſinemque gaudendi, in quo delectabiliter requieſcat: Jubilæus autem hæc unitate concluditur; quia in ſolo Creatoris amore omnis ſanctorum ſpes, & intentio, ponitur, & in eo tota eorum requies collocatur. B. Petr. Dam. l. 6. ep. 24.

S. I. I.

Amoris Divini Excellentia.

Ex Veteri, & Novo.

Dimite me. Ex. 32. 10. Audis, dimitte? & Deum proſectò teneri non dubites; nec aliunde, quam amoris fortitudine: Sanct. Bernard. Sen. tomo 2. ſer. 3. Sola, quæ Deum tenere poſſit, vis amoris eſt: qua non ſolum teneri ſe patitur, ſed, quòd non teneatur, pie conqueritur in Propheta. Ezech. 22. 30. quiſvis de ejus virum, qui interpaeret ſeptem, & ſtaret oppoſitus contra me pro terra, nè diſſiparem eam & non inveni. Rich. à S. Viçt. tr. de grad. char. c. 1.

Nihilquæ erat in templo, quòd non auro reſeretur. 3. Reg. 6. 22. Cur Deus domum ſuam auro exornari vult? ut offendat, ſenon niſi in animis, charitatis auro ſplendentibus habitare. Sedes ei cœlum empyrium, id eſt, igneum, indicat in hominibus empyriis, id eſt, amoris divini amore inſammatis ſe habere ſedem. Sanct. Bern. ſerm. 27. in Cant. neceſſe eſt animum crefcere, ac dilatari, ut ſit capax Dei; porò latitudo ejus dilectio ejus. Barradius Dom. Pent. tom. 4. l. 4. cap. 7.

Sevagina ſuar regina. Cant. 6. 7. Regina rectè dicuntur illæ anime, quæ perfecte charitatis ſunt: in eo videlicet, quòd dilectum ſequentes, nihil terrenum; ſed ipſum ſolum quaerunt, nec propter metum gehennæ; ſed propter amorem vite æternæ, peccatum fugiunt, virtutemque amando, iniquitatem odant. S. Rupert. in Cant. l. 6.

Statua tua aſſimilata eſt palma. Cant. 7. 7. Hebr. hæc ſtatua tua. Sept. hæc magnitudo tua; quòd Complutenſes reſerunt ad id, quòd proceſſit: quam decora chariſſima in Te. delitiis tuis; hæc magnitudo tua. Symmach. hæc inventus, vel ætas tua. Cornel. hic.

Pervenit in vos regnum Dei. Luc. 11. 20. Regnum Dei amor eſt ejus. Sim. de Caſt. l. 5.

Ex Patribus, & aliis.

Præcipis mihi, Domine, ut diligam te, hoc & poſſum, & debeo. Quomodo tu me dilexeris; ſi linguis hominum, & angelorum, loquar, nec dignè poſſum eloqui, nec univerſa complecti, quæ mihi gratia tua conſulit amplitudo. Juſtum eſt, Domine, ut diligamus te: quia & ipſe nos diligit; & iniquum omnino eſt, ut te in aliquo dilecti tui offendant.

Hoc natura, hoc ratio, hoc, Domine, Verbi tui clamant authoritas, hoc ex ore tuo audivimus hoc in libro vite conſcriptum, indeſcientem, & hominibus, & angelis, exhibet lectionem. Legat hic unum verbum, & in hoc mandato meditetur Chriſtiana Religio, & inveniet ex hac Scriptura omnium doctrinarum regulas emanare. Sanct. Cypr. de Bapt. Chriſti.

Ad tirones timor ſpectat; ad perfectos verò amoris poſſeſſio. B. Theodoretus in Pl. 110.

Dico tibi, ſi omnes cœleſtes theſauros, & pelagus omne divitiarum Dei, ſerutatus fueris, nihil invenies pretioſius, niſi deſiderabiliſſimo amore Dei Sanct. Thom. Villan. Conc. de S. Magd. Ego, mihi daretur optio, potius eligerem amare non videndo, quam videre non amando. Quid enim, ſi videro, & non amavero? per hoc nec gratus Deo, nec amicus exiſto. Id.

Ars eſt artium, ars amoris; cujus maſſigerium ipſa ſibi retinuit natura, & Deus author natura. S. Bern. de nat. & dign. amor. cap. 1.

Amoris vel nomen, vel affectus, nulli competit, vel debetur, niſi ſibi ſoli, & vere amor & amande Domine. Id. lib. de amore Dei cap. 4.

Dico, fieri poſſe, ut exigua virtus habeat plus valoris in anima aliqua, in qua facer amor ferventer regnat; quam Martyrium ipſum in una alia anima, quam inhabitat amor languens, debilis, & lenus. S. Franc. Saleſ. lib. 11. cap. 1. Amor eſt vexillum in exercitu virtutum: eò omnes ſe ad illud recipere debent: eſt enim ſolum, & unicum, ſub quo Dominus noſter, qui ſolus eſt Dux generalis iſtius exercitus, facit eas pugnare. Id. ib.

S. III.

Amor erga Deum comparat sapientiam & scientiam.

Ex Veteri, & Novo.

Collocavit ante paradisum volucribus Cherubim, & flammeum gladium. Gen. 3. 24. Sat erat Cherubim, ut custodiret paradisum; virtus enim angeli longè superat humanam. Ad quid ergo gladio armatus, eoque flammeo? Philo Hebr. l. de Cherub. per flammeum ensem intelligit Dei doctrinam; per Cherubim autem Doctorem divinis mysteriis bene instructum. Oportet ergo gladium Cherubim flammeum esse, ut sermo ejus non tantum splendorem emittat, sed & ardorem Charitatis. Did. de Cassill. Illat. 44. Non verè sapiens est, qui inter intellectum, & amorem, ponit divortium. Id.

Non recedat volumen legis hujus ab ora tuo, ut custodias, & facias, & intelligas. Jos. 1. 8. prius præcipitur observantia, & postea promittitur intelligentia: cum amaveris, tunc intelliges. Naxera hic §. 51.

Et ascendit super Cherubim, & volavit. Pl. 17. 11. & exaltatus est super plenitudinem scientiæ, ut nemo ad eum perveniret, nisi per charitatem. S. Aug. hic.

Qui sedes super Cherubim. Pl. 79. 2. Non dicit in Cherubim, sed super; supra hos autem Seraphim existunt: & ideo inferre voluit, quòd Deus Seraphim infideat. Hugo Card. hic: quis sedes super Cherubim, non in Cherubim, id est, ultra in Seraphim; nempe in ardore charitatis: ibi Dominus sedet, & requiescit. Unde laborandum magis est ad habendam charitatem, quam scientiam. Paoletti in festo S. Benedicli.

Et non illuminatio mea in deliciis meis. Pl. 138. 11. Cum te videt inter mundi hujus tenebras, dicit se illuminatum; ut verum solem agnoscat. Sed unde illa tanta lux? an à sua sapientia, cum ipse inter ceteros esset pauperior? ut dicitur. 2. Reg. 23. 8. minime; sed in deliciis meis; in suis felicitatibus, & affectuosis contemplationibus cum Deo, tantum lumen, & splendorem invenit. Gilbertus Abb. ferm. 5. in Cant. in deliciis, non in scientiis; ita & tu noctem, si non potes scientiis, per speculum in enigmate, totum in nocte est: & in hac nocte potest Jesus meus magis dulci quodam affectu suaveri sentiri, quam ad purum sciri. Sylveira in acta quest. 19.

Timor Domini principium sapientiæ. Prov. 1. 7. Alia versio ex Hebr. principatus sapientiæ est timor Domini. Sic principium sumitur pro principatu. Psalm. 109. 3. tecum principium, id est principatus. Et sic timor intelligitur filialis, & perfectus; qui non est aliud, quam charitas. Charitas ergo obinet principatum in regno sapientiæ. Corn. à Lap. hic.

Introduxit me Rex in cellam vinariam & ordinavit in me charitatem. Cant. 2. 4. Per hanc cellam Origenes homil. 3. Theodor. 2. &c. accipiunt domum sapientiæ: gymnasia scilicet, & templa; in quibus a doctores, & prædicatores, exponitur populo Fidelium vinum veræ doctrinæ, & sapientiæ. S. Greg. per cellam vinariam intelligit S. Scripturam. Chald. verit: introduxit me Dominus in domum Gymnasti doctrinæ Israel. Qua conscientia nunc sponsa ait, ordinavit in me charitatem: Aptius forte dicendum, dedit intelligentiam &c. per hanc enim venit in domum sapientiæ? Ad factam doctrinam capeffendam nihil aptius, quam charitas, & in schola Christi præcipua lectio, & doctrina, charitas. Sylv. in Jo. 7.

Dilectio Dei honorabilis sapientiæ. Eccli. 1. 14. Figurina: amor Dei præ lora est sapientiæ. q. d. qui amat Deum, hic sapit præ omnibus Philosophis, & Theologis: hic enim sapit, & cognoscit Deum præcitic, & sapide; non speculative, & aride. Cornel. hic.

Homo sanctus in sapientiâ manet sicut sol; nam stultus sicut luna mutatur. Eccli. 27. 12. hoc discrimen assignat Spiritus Sanctus. Sed in quo sapiens sol, stultus luna similis? Sol non solum fulget, sed etiam calefacit, & ardet: sic verus sapiens. Luna fulget; sed sine ardore. Did. del. Cassillo Ill. 44.

Cognovit bos possessorem suum, Israel autem me non cognovit. Isa. 1. 3. Quare? quia serali Christum odio persequebantur. Rupertus l. 1. in Isa. c. 3. dicitis (alloquitur Dei nomine Judæos) quia ego veni nimium occultus. Unde ergo bos me possessorem suum, & asinus præcepit meum cognovit? At tu Israel tu populus meus Hierosolymitanus, qui circa templum residens cum Phariseis, & Pontificibus, in lege gloriabaris; talia non amaris, idcirco non intellexisti. Bruta, quia amant, non ignorant. Naxera in Josue 1. §. 51.

Seraphim stabant super illud. Isa. 6. 2. Ut quid ergo tu, qui manè oriebaris Lucifer, in veritate non stetit? nisi quia Seraphim non fuisti. Seraphim quippe ardens, vel incendens interpretatur. Tu verò habuisti miser lucem, sed ardorem non habuisti. Bonum erat tibi, si ignifer magis, quam Lucifer esses. S. Bernardus hic ser. 3.

Ignem veni mittere in terram. Luc. 12. 49. Quia cum ipsi Sapientia ingenita sit, voluit adventum suum annuntiare non sine ardoris consortio: nè ab hominibus judicaretur sapiens sine charitatis incendio: quia scientia sine amore, in Deifcho-

la stultitia potius dicenda est, quam Sapientia. Did. del. Cassillo de ornatu & vest. car. Ill. 44. Ignem ignitur. Apoc. 3. 18. Per id multi intelligent sapientiam iustorum, quæ est thesaurus desiderabilis. Prov. 21. 20. Ignitur est, quia accendit amore Dei, & proximi. Ita Ambros. Rupert. Sylv. hic q. 39.

Ex Patribus, & aliis.

Qui tibi non sapit, desipit. Ex Man. S. Aug. c. 4. Si non vacat omnes scripturarum paginas evolere, tene charitatem; & in ea invenies omnem scientiam. Id. Dom. 1. post Epiph. ser. 1. Non diligitur, quod penitus ignoratur. Sed cum diligitur, quod ex quantalacumque parte cognoscitur, ipsa efficitur dilectione, ut melius & plenius cognoscatur. Id. tr. 96. in Jo:

Si Sapientia Deus est, per quem facta sunt omnia, sicut Divina auctoritas, veritate monstravit; verus philosophus est amator Dei. Id. de Civ. Dei l. 8. c. 1.

Amor ubique (in hoc Cantico) loquitur & si quis horum, quæ leguntur, cupit adipisci notitiam, amet; alioquin frustra ad audiendum, legendumque, amoris carmen, qui non amat, accedit: quoniam omnino non potest capere ignitur eloquium frigidum pectus. Quomodo enim Græcè loquentem non intelligit, qui Græcum non novit; nec latine loquentem, qui Latinus non est; & ita de ceteris: sic lingua amoris est, qui non amat, barbara erit, sicut æs sonans, aut cymbalum tinniens. S. Bern. ferm. 79. in Cant.

Quid opabilius charitate! qua fit, ut humano magisterio fiducialiter accedat ad Verbum, Verbo constanter in hæreas, Verbum familiariter perferatur. S. Bern. ferm. 83. in Cant.

Magnus est doctor Charitas: satis idoneus, qui & tollat errores, & mores formet; & ad Philosophiam manducat, & ad lapidibus homines reddat. S. Chrysof. hom. 33. in 1. Cor. 13:

Charitas occultat esse cordis; quia quibusque cor; coccus est; & in tenebris ambulat, & nescit, quò cat. Rupertus Abb. Tuit. de div. offic. l. 4. c. 8.

Charitas est Sacra Scripturæ compendium, virtutum virtus. S. Laur. Just. de accend. div. amor. cap. 7. Non est Sapientia, ubi deest charitas: sicut quippe verbum diffundit lumen, ubi suum præstat amorem. Id. de Connub. verb. & animæ c. 18.

Quanta compassione dignus est nunc ferè totus Mundus, considerata; in quolibet statu, pauperate divine cognitionis, dilectionis, & timoris. Quis non debet per compassionem cum Apostolo infirmari? 2. Cor. 11. 29. S. Bernard. Sen. tom. 2. ser. 4.

Ubi major charitas, ibi major cognitio: sicut ignis, quanto magis ardet, tanto plus lucet. Hugo Card. in c. 48. Gen.

S. Dominicus dicitur se habere: plus in charitatis codice didici, quam in universa S. Scriptura. Corn. à Lap. in Lev. c. 31.

Amor est compendium totius Theologiæ, qui ignorantiam Paulorum, Antoniorum, Hilariorum, Simeonorum, & Franciscorum, sanctissimè doctam fecit. S. Franc. Salef. div. amor. l. 8. cap. 1.

S. IV.

Motiva Amandi Deum.

Primum Motivum.

Amor Dei in nos.

Vale, pondera mihi ignis pondus. Eldæ. Impossibile videtur, hunc materialem ignem posse aliquo modo ponderari. At ignis spiritualis, qui est divinus Amor, ponderari potest: imò & unum ex præcipuis Christianæ pietatis exercitiis esse debet; in ponderando hunc divinum ignem, statera sui intellectus: ut scilicet, quoquo modo intelligens ejus valorem, provirili laboret, summo illi, ac cœlesti amatori alio finili amore perolvere. Philipp. Diez. tit. Amor hom. erga Deum.

Meliora ubera tua vino fragrantia unguentis oprimis. Cant. 1. 2. Ubi sponsa laudavit ipsius ubera, quæ ad lactandis parvulos deputantur, & nominis fragrantiam, infer; parvulas animas, & adolescentulas inardescere, in amorem illius, quasi diceret: hic est primus fructus divine, & maternæ erga nos dilectionis, ut adolescentuli, & adolescentula, cum diligant. Lud. de Ponte hic. Exort. 31. §. 3.

Ordinavit in me charitatem. Cant. 2. 4. V. Beda & Cassiodorus, sic exponunt; q. d. Deus prior dilexit me: itaque me ad se amandum compulit. Corn. à Lap. hic.

Transfiguratus est ante eos. Matth. 17. 2. Deus amans nostras nimio amore prosequitur, eaque in sui amorem allicere conatur. Quod ut assequatur, diversis vestibus utitur, amantium more. Tres præcipue induit Christus: naturam humanam; in Passione; in transfiguratione, amicum lumine sicut vestimentum. Pl. 103. 2. Hodie vult ostendere, quali, quantaque gloria se privaverit propter nos, dum in terra vixit; ut hoc nos devinciat in sui amorem. Pro quo nota: hanc gloriam corporis, quæ hodie in eo apparuit, ipsi debuit esse ab infantis Conceptionis: tum quia verbo unitum erat personaliter, tum propter animæ gloriam &c. Jo. Ofor. Dom. 2. Quadrag.

Et

Ex Patribus, & aliis.

Quid magis excitat ad amorem, quam veraciter & perfectè diligi? S. Bonavent. Stim. am. c. 8.

Nulla est major ad amorem invitatio: quam prævenire amandere; & nimis durus est animus, qui si dilectionem nolebat impendere, nolit & rependere. S. August. de Catechil. rudium cap. 4.

Amor ceteros affectus in se ducit, & captivat. Idiota de eout. div. am. c. 1.

Non est possibile, ut non redamet, qui amatur. S. Chrysof. in Gen. hom. 58.

Nemo fortius, quam dilectione trahitur: neque potest non diligerè, qui agnoscit se diligi. S. Laur. Just. in fac. am. c. 9.

In beneficio primæ conditionis Sapientia, & virtus Conditoris enituit: in beneficio autem reconciliationis, quo adversos, & malè moratos, ad se revocavit, poenas remisit, præmia repositit. Quantum, quod condidit, amaret, evidenter ostendit: & sic in illis, quos prior dilexerat, ignem sui amoris accendit. B. Ivo Carnotensis ferm. de nat. Dom.

Secundum Motivum.

Bonitas, amabilitas Dei.

Si homuncio uxori suæ potuit dicere 1. Reg. 1. 8. numquid non ego melior tibi sum, quam decem filii? Et de filio Tobie Mater cap. 10. 5. omnia simul inter te habentes, te non debuimus dimittere: namquid verius Creator tuus dicit tibi: nonne melior tibi sum, quam decem, & mille, non modò filii, sed patres, matres, fratres, sorores, amici, Duces, Episcopi, Magistri, Nutricii, sponi: numquid & tu vicissim cum S. Francisco exclamast? Deus meus, & omnia! Doultreman. l. 3. sect. 4.

Quis me constituit iusticem super terram, ut ad me veniant omnes, qui habent nequium? Jussu judicem. 2. Reg. 15. 4. quo animos popularium ita ibi devinxit, ut, Scriptura teste, ad primum buccinæ clangorem toto corde universus Israel sequeretur Abaltonem. v. 13. Quod si sola beneficiandi voluntas totius regni animos devincere potuit; an non amor, & cura, quam nostri Deus habet, omnium nostrum amos inflammet? Christus enim negotia nostra quotidie apud Patrem agit, pertractat, & ad optatum finem perducit: & in hunc finem sacra in corpore vulnera reservavit, quæ Patri irato exhibet. An non hoc affectum nostrum erga illum excitet? dicatur ergo, obsecro, de nobis aliando: toto corde sequitur populus Christianus Deum Christum. Petr. Bessius Dom. in Alb.

Hoc est Deum nosse, quod amare: nam quisquis eum non amat, profectò ostendit, quia, quam fit amabilis, non novit. Et quam fit suavis Dominus, & dulcis, gustare, ac videre, non didicit; qui ejus conspectibus placere continua intentione non fatigat. V. Beda in ep. 1. Jo. c. 2. 1.

Si singula bona delectabilia sunt; cogita intente, quam delectabile sit illud bonum, quod continet jucunditatem omnium bonorum. S. Aug. Man. c. 33. Pudeat! cum alia non ametur, nisi quia bona sunt, & in hunc finem non amare bonum ipsum, unde bona sunt. Id. de trinit. lib. 8. c. 3. Quia Deus est incommutabile bonum; homo autem, & secundum animam, & secundum corpus, mutabilis res est: nisi ad incommutabile bonum, quod est Deus, conversus subtiliter, formari ut iustus, beatusque sit, non potest. Id. de Genesi ad lit. l. 8. c. 10. Hinc maxime commendatur, quale bonum fit Deus, quando nulli ab eo recedenti bene est: quia qui gaudet in mortiferis voluptatibus esse sine dolorum timore non possunt. Id. ib. l. 11. cap. 5.

Qui fieri potest, ut quis habeat cor, & non amet infinitam Bonitatem? S. Franc. Sal. de div. am. c. 11.

Summum bonum, summè desiderandum, & diligendum. S. Bonav. in Pl. 118.

Excedit Deus intellectum Angelicum, & humanum, in comprehensione: quia incomprehensibilis est affectum omnium creaturarum in Bonitate; quia nullus amor æquatur Bonitati ejus amando, ut diligatur, quantum sua requirit Bonitas; nec in humanis vixit tenebris, nec in partibus superis. Sim. de Cassil. l. 1. c. 24.

Bonum est, quicquid summo Bono conjungitur. Clem. Alex. l. 4. Stromat.

Chare Theotime! cœli atroniti admirantur, eorumque portæ horrore concutuntur; quin & angeli ipsi pacis, viæ prodigiola hæc cordis humani miseria, obstupescunt: quòd tam amabile Bonum derelinquat, ut rebus lacrymis omnibus deplorandis, adhareat. St. Salef. l. 4. cap. 1.

Cogita illius Bonitatem, largitatem, & liberalitatem, quam bonus fit in se, quam largus erga te, seipsum impendens pro te, quam liberalis ad te, dona sua cumulus in te. Ita cogitans anabis, quem talem erga te non considerabis. Rich. à S. Vict. in Cant. c. 11.

Cùm omnes agitate beneficiorum ardentes, frigidè, faxeque corde retundantur, alio suspendo machinationem nos aggreditur, subsidens pro te pectus nostrum. Cùm necipse per se, nec per dona sua extunderet nostrum amorem, decrevit ipse, per se, & per donum suavissime sollicitare; id est, faciens se donum, copias omnes in unum expugnandis nobis cogens, vires bonitatis, & vi-

R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

res beneficiorum convocavit: ut, si non amemus, quia bonus est; nec quia bona fecit, id est, dona dedit; amemus, quia bonus est, & quia pariter donum est. Complacenter in nobis figittas suas exhausta pharetra. Beneficia tela amoris sunt; & se post omnia dedit. Antonio Martino apparuit Cupiditico habitu puer JESUS, arcu, & pharetra armatus, inque suum pectus jaculatus figittas, negotians amorem parat. Non facis hoc; restitimus tuis. Quid restat? consumpsit missilibus subit ipse præcordia nostra. Jo. Nierenb. l. 4. de arte volunt. cap. 68.

Tertium Motivum.

Beneficia divina.

Credovit Deus hominem ad similitudinem suam. Gen. 1. 27. ut more aliorum animalium amaret sibi simile; suam potè similitudinem in Mundo non inveniens, ad solius Dei amorem converteretur. Did. Stella de contemptu vanit. Mundi parte 1. c. 46.

Si furivis inimicus tuus, ciba illum: si furivis; da ei aquam bibere: prunas enim congregabis super caput ejus. Prov. 25. 21. Ubi Paulus Rom. 12. 20. hoc enim faciens, carbonem ignis congreges super caput ejus. Hoc tibi fecit Deus, & bene fecit malè facienti, ut carbonem ignis amoris sui congregat super caput tuum. Agapius, ut habet Brev. Rom. 18. Aug. quindecim annorum puer ardentibus carbonibus caput, eus impositis Deo gratias, agebat. Nonne & te, dum misericordia, & miserationibus, coronaret, tocidem prunis; eum ardentibus carbonibus, coronavit Deus? accendere ergo, arde, & gratias illi age. Ex Sexto mensis an. Div. P. Nadati c. 11.

Oleum est. Cant. 1. 2. Divina beneficia sunt oleum nutrens ignem Divini Amoris. Oleum est nomen suum; ideo adolecentula dilexerat te. Fovent, & nutriunt etiam illum ignem opera devotionis erga Deum, & misericordie erga proximos. Lud. de Ponte Exh. 31. §. 1.

Ordinavit in me charitatem. Cant. 2. 4. id est, adversus me ipsam omnem aciem charitatis suæ direxit, ut me oppugnaret; non ad me destruendam, sed lucrandam: scilicet, ut me vince-ret; & quasi compelleret, ut ipsam redamarem; & Divino amoris quasi captivam subjecerem. Hæc autem acies comprehendit innumera, ac imensa bona, quæ potenti vi expugnat cor: & ad duas acies possunt redigi; unam ex Divinis perfectionibus, alteram ex Dei beneficiis, constructam. Pl. 39. 6. multa fecisti, Domine DEUS, mirabilia tua. Id. hic. Exh. 30. §. 1.

Admirari vos filii Jerusalem, - ne justitias, & exitatis charitatem, donec volueris. Ita legit B. Theodoretus. Cant. 1. 7. Qui spiritus amore sunt inflammati; Deique tenentur desiderio; eadem flamma amoris sunt inflammati; ut homines incenduntur, exoptant. - U. justitias &c. id est, ne charitatem erga Deum in vobis dormire patiamini, sed eam suscite, & accendatis, ac memoriam beneficiorum illius, tamquam oleum, superfundatis. Nisi enim nuntiaveritis de die in diem Salutare ejus, & memineritis mirabilium ejus, quæ fecit; extinguetur charitas, & quodammodo intercedet. Oportet autem vos illam continenter accendere a quo excitare; & flammam ejus, sublimem tollere, ac modum ipsius dimetiri sponsi voluntate. Idem.

In charitate perpetua dilexite, ideo attraxite miseriam. Jer. 31. 3. Alii vertunt: attraxite misericordiam, id est, beneficiis. Corn. à Lap. hic.

Cum ego, quicumque ego do tibi. Ezech. 2. 8. hoc est, rimina, expende, intellige & memoriam, quasi stomacho, commenda. Hoc est comedere, ac in stomachum trajicere. Et quemadmodum ex stomachi officina digestus cibus in reliquarum partium alimentum, totius corporis bono, distribuitur; ita, ex memoria beneficiorum Dei, ceteræ facultates animæ, & in primis voluntas incalefcit, alitur, atque in charitate roboratur. Doultreman. l. 1. c. 3. ferm. 10.

In funiculis Adam trabam eos, in vinculis charitatis. Ofæ 11. 4. In funiculis Adam trahit, quando timorem incuit, ut dolorem: in vinculis charitatis; cum vel beneficia exhibita recollit, vel exhibenda promittit. Hugo Card. Prolog in Gen. Funiculi Adam sunt flagella: quia & ipse primus, & per eum nos flagellati sumus: vincula verò charitatis sunt Dei beneficia. S. Bonaventura ser. 4. Pent. ferm. 2. Charitas vincula habet, charitas vulnera facit. Sed qui sunt isti funiculi Adam primi parentis nostri, nisi vulnera Dei? quæ, inquam, sunt ista charitatis vincula, nisi Dei beneficia? bona natura, & gratiæ, & gratiæ. Naturam condidit, gratiam contulit gloriam reponit. Ecce funiculus triplex: dona conditionis, bona justificationis, præmia glorificationis, &c. Rich. à S. Vict. tr. de 4. grad. violentæ charitatis. In funiculis Adæ &c. Hebr. in funiculis hominum. q. d. illos ad trahant, non sicut attrahi solent tauri funibus devincti, sed sicut solent homines beneficiis, amore. &c. Philipp. Diez. Fer. 6. post Dom. 2. Quadrag.

Dionysius Areop. lib. de div. nom. Amorem vocat beneficium infidiatorem. Talem sponsa vidit in Cantici, quando exclamavit: misere sunt post parietem nostrum, respiciens per fenestras proficiens per cancellos. Cant. 2. 9. Ubi Ambr. cum sepe legit, proficiens per fenestras ut animam ex infidiis venetur. Incerat. Auth.

Certè, si anima non esset peior, & irrationabilior omni bestia; Deum

C

Deum suum, cuius similitudinem habet, super omnia diligeret & de ceteris simpliciter non curaret: cum ab ipso Deo tot, & tanta beneficia receperit gratis data. S. Bonav. sim. am. cap. 1. Convincunt quemlibet, etiam durissimum, ad amorem eius, tam numerosa, & quotidiana multitudo suorum beneficiorum; quo suo pondere omnes mortales obruit, & provocat ad amorem; tum omnium creaturarum clamor continuus; qui omni rationali auditui majestatem, pulchritudinem, & magnitudinemque ejus, apertis vocibus ingerit. S. Thom. Vill. Dom. 17. Pent. serm. 1. Adverte. & considerate, quam leve tributum Dominus a nobis exigit: pro tantis beneficiis nihil aliud petit, nisi amorem. Idem Conc. de sed. inter Rom. Pont. Imp. & Venet.

Quid nos pro his omnibus retribuimus, vel potius quid retribuere debemus? nihil, ut debitum amore solvamus. Salvianus de provid. Dei lib. 4.

Beneficia Divina in particulari.

Num. I.

Incarnatio.

A Nima mea liquefacta est. Cant. 5. 6. Descendente Verbo tuo cor nostrum liquefactum est, & omnia interiora nostra continentia patuerunt illi. Effudit enim Pater, viscera charitatis suae super nos; & multitudinem miserationum tuarum ultra exhibere non potuit. S. Amedeus Ep. hom. 3. **P**osuit me sicut sagittam electam. Isa. 49. 2. Pulchre dicit Ecclesia, quia vulnerata charitate ego sum. Nudemus membra nostra bono vulnere; nudemus sagittate electa: Sagitta haec Christus est, qui dicit: posuit me. S. Ambr. in Psal. 118. Octon. 5.

Posuit me ut sagittam. Et in pharetra sua abscondit me. Juxta sanctos Patres, pharetra Humanitatem Christi significat. S. Chrysof. in pharetra corporis abscondit me. Sed cur dicitur dicitur? sane quasi haec potius fuerit, quae in scopum a sagittatio Dei destinatum collinaverit. Nimirum cum plures ante terrificas atque igneas minarum, ac suppliciorum, fuerit jaculatus; hac una corda hominum vulneravit, & ad sui amorem Mundum subegit. Incert. auth. Verbum dicitur sagitta: nam Pater tendit arcum, quando promisit Filium; hinc sagittam electam quando misit eum incarnari. S. Bonav. in Pl. 129.

Dilige Dominum Deum tuum. Luc. 10. 27. Totum possibile dilectionis affectum Dominus exigit ab homine, ob solum Incarnationis beneficium. Postquam Dominus memorans Incarnationis beneficium beatos oculos v. 23. aspectantes appellavit, Legisperitum apte alliciat ad mandati illius expressionem: Dilige Dominum Deum tuum. Preme Dom. Deum tuum; id est, Dominum hominem factum, quando tuus specialissimè factus est, roto cordis affectu, totis viribus diligere procura: quia ex Incarnationis beneficio inestabiliter nostram exigit dilectionem. Euseb. I. 11. Obs. 2.

Verbum factum est. Jo. 1. 14. Caro carni amabilis est, passibilis, sensibilis: ut sic in carne Christi esset dilectionis fomentum. Omne animal diligit simile sibi. Eccl. 13. 19. Diligite caro propinqua, maxime autem proxima. S. Bonav. serm. 8. in Nat. Dom.

In similitudinem hominum factus, & habitus invenit ut homo. Philipp. 2. 7. Alex. M. vestem Persicam sumpsit, ut eorum, quos devicerat, animos sibi conciliaret. Non pigeat Deum nobis similem amare. Drexelius Delic. gent. hum. in appendice de Nasc. Jesu §. 16.

Quis est tam durus, quem non emolliat amor Dei, sic hominem praeveniens: tam, inquam, vehemens amor; quod homo propter hominem dignatus est fieri: qui, ut familiaris diligeretur ab homine, Deus in similitudinem hominis apparuit. S. Aug. Man. c. 26.

Ideo Dominus noster Jesus Christus in Mundum venit, & carnem nostram assumpsit, & quotidie gratias suas, & amorem de corde suo in nos infundit: ut inflammet mentes hominum ad ardorem Divini amoris. S. Bernard. Sen. tom. 2. lect. 1.

Factus homo, ut te amemus. Idiota Contempl. de diy. am. cap. 9.

Num. II.

Nativitas.

Diligebat Joseph super omnes filios suos. Genes. 37. 3. Ne advertas faciem tuam ad puerum tuum. 68. 18. Qua fiducia hoc peti David? fiducia puerili: Fecit redemptor omnem plebis suae in domo David pueri sui. Luc. 1. 68. O si Mundus senescens puerum Jesum diligeret super omnes filios suos; eo quod in senectute sua genuerit eum. 5199. annos recentebat, cum ei natus infans Jesus; certe nullus forma praestantior, indole gratie innocentior. Amoris primas meretur hic puer. S. Ambros. lib. de benedict. senescenti Mundo, & jam occidenti, illiccens Dei Filius per Mariae Virginis partum, sero advenit quasi filius senectutis. Ludov. Alvarez Joseph Illustr. Illustr. 30.

Natus est vobis hodie Salvator Mundi. Luc. 2. 11. Deus similis nobis in nostra apparuit Humanitate, ut a nobis diligeretur; & idcirco non est factus Angelus, sed homo: quia plus dilexit humanam naturam, quam Angelicam. Did. Stella hic.

Vinum non habent. Jo. 2. 3. In nuptiis, non Cana in Galilea; sed itabuli in Bethlehem; dum videlicet humana divinis, ima summis, Pastoribus angeli; Regis lacrymae, & cantus famulorum, Virginitas & Maternitas, Caro & Verbum; novo, sed vero; miro, sed sancto, illibatoque fodere, sociantur; amoris vinum defecit. Et sane cui sufficit amor ad diligendum abunde Deum jacentem in foeno? Sane Divino minor amando Deo par non est. Dicit Mater ad Filium; vinum non habent; dicat & ad nos, ut vinum suppetat: implere hydrias aquas, hoc est: si cupitis amoris vinum in corde, replete cor vestrum lacrymis plorantis puelli. Unde illa ignem cruciat. Quis enim non ardeat, si vel una lacrymantis Dei guttula respersatur? Oliv. l. 2. Strom. hic.

Quanto minorem se fecit in Humanitate, tanto majorem se exhibuit in bonitate: & quanto pro me vilior, tanto mihi charior. S. Bern. ser. 1. in Epiph. Dom.

Sape querimus, quare sic Mundum Christus intrat, ut ventris experiat angustias, partus patiatur injuriam, sustineat vincula pannorum? &c. Et qualiter venire debuit, qui voluit apportare gratiam, timorem pellere, querere charitatem. Infantia haec quam barbariem non vincit, quam non feritatem mitigat, quam crudelitatem non comprimit, quam non potestatem deponit, quam duritiam non resolvit, quid non amoris expulsiat, quid non affectionis extorqueat, quam non imponit gratiam, quam non imperat charitatem? — Sic ergo nasci voluit, qui amari voluit, non timeri. S. Petr. Chrysol. ser. 158.

Num. III.

Eucharistia.

A Nima mea liquefacta est. Cant. 5. 6. Si liquefacta es ad Verbum ejus; quomodo sustines amplexum ejus? aut certe, si liquefacta es ad loquelam ejus; quomodo praere amore visus, & non defecis; cum vesceris carne, & sanguine illius? S. Laurent. Just. de incendi. div. am. c. 3.

Pone me ut signatum super cor tuum. Cant. 8. 6. Super cor tuum, ait Albert. Mag. serm. 20. de mand. Sac. tanquam super ceram calidam, puram, & mollem; aptam suscipere impressam imaginem. Super cor calidum amore Dei, parum munditia sui, molle pietate proximi. Corpus Christi ut sigillum ponitur, non ut ipsum, quod immutabile est, in nos mutetur; sed nos in imaginem bonitatis ejus transfusemur. Aloyf. Novar. Elect. Sac. lib. 3.

Maria stabat ad monumentum foris plorans. Joan. 20. 11. Quare autem fleat? si querat; respondet: quia vulnerum Dominum meum. Conversa est in fletus: quia Domini corpus non invenerat. Orig. hom. 1. ex variis: metuebat, ne amor Magistri sui in corpore suo frigeret, si corpus ejus non inveniret, quo viso recalcereat. Eucharistia accendit ad amorem. Did. del Castillo Illat. 146.

Quos amamus, nonnumquam etiam, morsu petimus. Quare Job 31. 31. ut servorum in se amorem ostenderet, dicebat, illos saepe numero nimio in se amore dixisse: qui det de carnibus ejus ut satuerent? Ita & Christus carnem suam dedit nobis, ut ea satueremur, quo nos in plurimum sui amorem alexit. S. Chrysol. in ep. 1. Cor. hom. 24.

Tamquam leones igitur ignem spirantes ab illa mensa recedamus, facti diabolo terribiles; & caput nostrum mente revolventes, & charitatem, quam nobis exhibuit S. Chrysol. homil. 61. ad pop.

Attendi cupiditate ad eum adeamus; manibusque, in crucis formam compositis, Crucifixi corpus suscipiamus; atque oculis, & labiis, & frontibus compositis, Divini Carbonis participes efficiamur: ut ignis desiderii in nobis insti, assumpta ea, quae ex carbone oritur, inflammatione, peccata nostra exurat, & peccata nostra collustrat: demulcet operam, ut per divini ignis preocationem inardescamus, Diique efficiamur. S. Joan. Damascenus, orthod. fid. l. 3. c. 14.

Aluise, inter homines saepe assert plura amoris incitamenta, quam procreasse liberos. Clem. Alex. l. 1. ped. c. 6.

Non immerito hoc Sacramentum vocarem Divinum quemdam magnetem, trahentem ad se ferrea corda hominum, ut illi inhaerent. Lud. de Pontel. 2. Exh. 3.

Dominus dixit S. Catharina Sen. merito cor hominis scindi deberet amore, dissolvique, consideranda inter beneficia à me exhibita eximum beneficium Sacrae, ac Ven. Eucharistiae. Lud. Blossius parte 2. concl. animæ fid. c. 6.

Mel in ore, & ignis in corde; & non sentis calorem, nec guttas dulcedinem? signum mortis est. S. Bonav. opusc. de Sac. Sylv. in Apoc. 3. l. 2.

Ignem, & spiritum, manducandum, & bibendum, praestitit nobis carne vestitis: Corpus scilicet, & sanguinem tuum. S. Ephrem 1. de nat. Dei c. 5.

Christus alloquitur animam: Non ego mutabor in te, sed tu mutaberis in me: non tamen in substantiam, sed per gratiam in dilectionem meam; quoniam, inquit veritate adheret mihi, unus efficitur spiritus. S. Laur. Just. de triumph. Chr. 25. c. 4.

Sol per vitrum aurtorum radiis collectis irradians. In unum redactis. Vel. immittis ardentior. Picinelli.

Num. IV.

Passio, Crux.

A D pradam ascendisti, fili mi. Gen. 49. 9. Idcirco in cruce ascendit, ut omnium praeclaret corda. Incerto auctore. **I**gnis quem nutrit Sacerdos. Levit. 6. 12. Ad nutriendum in nobis ignem charitatis, ligna manè, & vespere subjicimus; dum ea, quae Christus manè, & vespere, in sua Passione sustinuit, ad memoriam reducimus. Ignem enim charitatis nihil adeo nutrit, sicut frequens memoria Dominicae Passionis. Hugo Card. hic.

Fasciculus myrrha. Cant. 1. 12. Myrrha sponsum mortem, & quae inde ad sponsum pervenit, indicat suavitatem: inter ubera mea commorabitur. v. 12. hoc est, in praecipua animae meae parte, nempe in corde, quod inter ubera situm. B. Theodoretus.

Sicut malus inter ligna sylvarum. Cant. 2. 3. Quid aliud est Christus crucifixus, nisi viva malus, & vivum hieroglyphicum Divini erga nos amoris? totus enim ibi amoris spirat, suadetque; & spargit flammam amoris; ut ligna sylvarum accendat. Lud. de Pontel. hic. Exh. 25. §. 1.

Pone me ut signatum super cor tuum. Cant. 8. 6. quia foris est, ut mors, dilectio. Quia amore tui mori voluit: major morte charitas mea, quae me immortale vincit. Id. hic.

Vidit Dominum super solium excelsum. Isa. 6. 1. Cui propheta eum sic videt, nihil de nostro erga eum affectu dicit; at cum eum dicit perculsum, & vulneratum, ait: desideravimus eum. H. 52. 2. Ipla deformitas ejus sine specie fortius rapit nostrum affectum, quam speciositas ejus in majestate divinitatis. Unde S. August. ser. 22. de verb. Apostoli, monet, ut maximo affectu deformitatem Christi diligamus; & ad hoc optimam subdit rationem: deformitas Christi te format. Sylv. in Apoc. 1. q. 70. Sedentem in gloria visum vidit Isaias, nec tamen dicitur, eum desiderasse: morientem in cruce multi, & viderunt, & dilexerunt: vidimus eum. Mendoza in l. 1. Reg. c. 3.

Exspertus in eum. Matth. 27. 30. Si non amamus eum, quia bonus, quia Deus, & frater est nos, saltem idcirco eum amemus, quia tanta pro salute nostra passus est. Dion. Charch. hic.

Quarebat Zacharius Jesum, quis esset? & ascendit in arborem, & vidit, quis esset. Luc. 19. 3. Sic nos in arborem, id est, Crucem, mente, & meditatione ascendamus: videbimus quis sit Jesus; quam bonus, quantum amet, & amandus. Barradius tom. 3. l. 8. c. 20. Dom. 17.

Mirares! labro honorificat patientem, quem Judas prodidit osculante. Intellexit, quod pro alienis peccatis has plagas suscipere, pro alienis sceleribus haec vulnera sustineret: & scivit, quod illa in corpore Christi vulnera, non essent Christi vulnera, sed latronis: atque ideo plus amare cepit, postquam in corpore ejus sua vulnera agnovit. S. Ambros. serm. de latrone.

Quis nos separavit à Charitate Christi? Rom. 8. 35. Theodoretus or. de charit. S. Paulus pulcherrimam Christi crucifixi specie captus amatorum illam emisit vocem: Quis nos?

Cecidi ad pedes ejus. Apoc. 1. 17. illos atque pedes, quos in camino ignis viderat; ut Dominicae mortis imitator exileret. Galfridus Abb. tr. 24. Vidit pedes, id est, finem vitae Christi, in fornace ignea Passionis; & tunc cecidit ad hos pedes, ad eos amplectendos; ut ejus exempla sequeretur. Sylv. hic q. 70.

Ecce enim 144. milia, hi sequuntur agnum, quomocumque ierit. Apoc. 14. 1. 4. Christus Dominus vocatur Leo Apoc. 5. 5. Aquila Deut. 32. 11. & tamen non dicitur, quod omnes sequantur; ut modo, quando representatur ut agnus occisus: qui Christus crucifixus, & mortuus, peculiararem habet vim alliciendi, & trahendi, ad se omnes. Id. in Jo. c. 13. q. 11.

Ex Patribus, & aliis.

Videmus, quia crucifixus iste dicit post se genus humanum: & sine causa dixerunt Patres nostri, occidamus eum, ne saeculum post illum pergat. Fortè non post eum pergeret, si non esset occisus. S. August. in Psal. 40. in fine.

Super omnia reddat amabilem te mihi, Jesu bone, calix, quem bibisti, opus nosse redemptiois. Hoc omnino amorem nostrum facile sibi vindicat totum hoc, inquam, est, quod nostram devotionem, & blanditus allicit, & justus exigit, & archius stringit, & afficit vehementius. S. Bern. in Cant. serm. 20.

Voluit ignominiosa Passiois subire patibulum; ut, illecebrosa, affectione detorsa, concupiscibilis vis in Redemptoris sui transfret affectum. Allicitur enim humanum cor, & charitatis succenditur flamma, quoties cogitatione pervigili agonis hujus modum meditatur, & causam. S. Laur. Just. in Exalt. S. Cruc. Crucem vocat ducis nostri vexillum gloriosissimum, thesaurum amabilem lignum vitae. Sub umbra tua, d. Crux: ab actu dicit protegi-mur, à tempestate, à turbine, à pluvia. Radios amoris, charitatisque sagittas, emittis de te; quae amantium corda transigunt. Id. ib.

Vis, te doceram reperire amoris locum? vade ad figuram Crucis; ibidem venditur amor; nullibi alibi est forum ejus. Suedo tibi emere à me, qui solus sum mercator amoris. S. Bern. Sept. tom. 2. serm. 5.

R. P. Spanner Poly. Tom. 1.

Radios amoris, charitatisque sagittas, emittis de te; quae amantium corda transigunt. S. Laur. Just. in Exalt. S. Crucis.

Voluit ignominiosa Passiois subire patibulum; ut, illecebrosa affectione detorsa, concupiscibilis vis in Redemptoris sui transfret affectum. Allicitur quippe humanum cor, & charitatis succenditur flamma; quoties cogitatione pervigili agonis hujus modum meditatur, & causam. S. Laur. Just. in Exalt. S. Crucis.

Memoria Passiois est dulcis animae consolatio, indeiciens Divini amoris incendium. Ludov. Blossius spec. Monachorum Div. 4.

Mons Calvariae est mons amantium. Omnis amor, qui non trahit suam originem ex Passione Salvatoris, est frivulus, & periculosus. S. Franc. Salef. de amore Dei l. 1. c. 13.

Exempla.

Meus amor Crucifixus est, & non est in me. S. Ignatius M. ep. ad Rom.

Absorbet, d'bone Jesu, mentem meam ignita ac melliflua vis amoris tui: ut amore amori tui moriar, qui amore amoris me dignatus es mori! S. Franc. Seraph. Ex paradiso amant. Crucif. P. Sandei.

S. Magdalena de Pazz. Crucifixum manu praefrens frequenter Monasterii ambitus, & loca publica preambulat, affectuosè, Christum alloquens: d. Jesu amor! quid aliud est Jesu, quam amor? d. sorores mee! contemplantini Jesum amorem meum! Id. ib.

Quantum Motivum.

Quia vult amari.

Ordinavit in me charitatem. Cant. 2. 4. Quam pulchrum est, quam decorum, a charitate vultu accipere! Alius jaculum carnis amoris excepit; alius terreno cupidine vulneratus est. Turbida membra tua; & praebe te jaculo electo jaculo formoso: siquidem Deus sagittarius est. Orig. hic.

Valerans in Jerusalem. Luc. 2. 22. Quis plantae vineam, & de fenulo ejus non desit? 1. Cor. 9. 7. Quem amabis? nihil illi, qui potentiam tibi dedit ad amandum; plantavit voluntatem; vult fructum ex ea. Did. Stell. in Luc. 2.

Ignem veni mittere in terram. Luc. 12. 49. Si querat à Christo: quid attulerit in Mundum? Resp. amorem; ignem veni. Si querat: quid eum attulerit in Mundum? resp. amor; sic Deus dilexit Mundum. S. Joan. 3. 16. Si querat, quid praedicavit? amorem, Quid ipse? Amor. 1. Joan. 4. 16. Deus charitas est. Did. Stella hic.

Et quid volo, nisi ut accendantur. Luc. 12. 49. pro, & quid volo, si jam accensus est? Significat per hoc, quod, ex quo inceperat accendi ignis amoris spiritualis in Discipulis; desiderabat, ut extenderetur ad universum Mundum. Cajetanus hic.

Fixit se longius ire. Rom. 12. 28. non ad simulandum prosecutionem itineris non futuram; sed ad excitandum Discipulorum amorem in se. Id. hic.

Quid mihi est? Miserere, ut loquar. Quid tibi sum ipse, ut amari te jubeas à me? & nisi faciam, irascaris mihi, & miseris ingentes misérias; Parvane est ipsa miséria, si non amem te? S. Aug. l. 1. Conf. c. 5.

Quis ego sum, Domine, aut quae est substantia mea, ut sic à me cupias amari? Ecce coram te millia millium angelorum amorem tui fragrantium! & tibi curae est de me vili veniculo super terram repente, ut diligat te? sed non pro te, sed pro me, amari vis à me. Ut enim homo à vita excluderetur, vitam in amore possuisti; quoniam cunctis praestitum est, amare te. Si in quovis alio opere consisteret nostra salus, excluderentur nonnulli, excluderentur plurimi, quibus tale opus non esset aut possibile, aut facile. Sicut si tu in elemosynarum largitione salvos non esse voluisses, excluderetur egenus. Si in jejunio, excluderetur aegrotus; si in doctrina, excluderetur idiotus; si in virginitate, excluderetur uxor; si in paupertate, excluderetur dives; &c. at verò ab amore quis excluditur? aut quis legitime excludatur? omnibus communis est amor. Quis enim amare nescit, aut nequit? ubique, & omni tempore, amor omnibus praestitum est; &c. S. Thom. Vill. D. 17. Pent. serm. 1.

Quintum Motivum.

Creatura.

Formatus igitur, Dominus Deus, cunctis animalibus terra, adhaerit ea ad Adam. Gen. 2. 19. Statuens Deus coram eorum genera creaturarum; potentie suae infinite, contemplandae, ei praebuit materiam. Et statim sequitur: immisitque Dominus Deus soporem in Adam; quem soporem Sept. dicunt, quamdã extasim fuisse. Et credo extasim illam causatam fuisse ex Bonitatis & Majestatis Dei infinitae consideratione, quam ostendit in formatione tam diversarum creaturarum &c. Philipp. Dicz conc. 2. in Com. virg.

Certum est, quod homo stans habuit cognitionem creaturarum, & per illarum representationem ferebatur in Deum; ad ipsam.

sum laudandum, venerandum, amandum. Et ad hoc sunt creaturæ, & reducuntur in Deum. S. Bonav. ferm. 13.

Cœlum, & terra, & omnia, quæ in eis sunt, non cessant mihi dicere, ut amet Dominum Deum. S. August. Man. c. 24. Dico amare in creatura creatorem, & in factura factorem: nē teneat te, quod ab illo factum est, & amittas eum; à quo & ipse factus es. Id. in Psal. 39.

Domine, amo te! percussisti cor meum verbo tuo, & amavi te. Sed & cœlum, & terra, & omnia, quæ in eis sunt; ecce undique mihi dicunt, ut te amem: nec cessant dicere omnibus; ut sint inexcusabiles. Id. Conf. l. 10. c. 6.

Vide, & adverte, si non cuncta, quæ vel nobis in prosperis serviunt, vel contra nos serviunt in adversis, quædam sint charitatis calcaria urgentia quodammodo ad cursum amoris. Rich. à S. Vict. tr. de grad. char. c. 3.

Deus, cum res creatas in morem scilicet adaptaverit; per eas sui amantibus ascensum ad se adstruxit. S. Basil. Seleuc. or. 1. Quid sunt naturalium rerum inclinationes, nisi amores quidam, quibus feruntur in Deum? S. Thom. Vill. Dom. 17. Pent. ferm. 2.

Est centrum quoddam amoris Dei; in quod, dirigit omnem creaturam pondus amoris. Id. ibid.

Cœlum, & terra, & mare, omnisque creatura, quæ videri, atque intelligi potest; ad hanc præcipuam disposita est humani generis utilitatem; ut natura rationalis de contemplatione tot specierum; de experimento tot bonorum, de perceptione tot munerum; ad cultum, & dilectionem sui imbueretur auctoris. S. Prof. per l. 1. de vocat. Gent.

Quidam sēbat: cum pulchritudinem, atque venustatem iniret corpus, ex ea admonitus, magnificè glorificavit opificem, atque ex solo huiusmodi spectaculo in amorem Dei, fontemque lacrymarum excitatus est. Joan. Clim. gradu 15. de Ca. fit.

V. Ludovicus Blosius, ut in illius vita referatur c. 19. in horti domestici porta hanc posuit superscriptionem: Pulchritudo florum, careruntque creaturam, rapiat cor in admirationem & amorem Creatoris. Amoenitas horti in memoriam reducat decorem paradisi. Non vanitatis, sed pietatis hic locus dicitur est.

Sextum Motivum.

Nemo ab eo excusatur.

IN reliquis operibus bonis interdum potest aliquis qualemcumque excusationem prætere, in habenda vero dilectione nullus se potest excusare. S. August. ferm. 6. post D. Quinq. ser. 3.

Nullus habet, nec habere potest, causam, aut excusationem aliquam, te non diligendi; unde si alicui dicatur, ut se junget, dicere potest, corpus habeo fragile: si dicatur ei, ut det; potest dicere, pauper sum. Sed cum ei dicitur, dilige Deum, nullam habet excusationem. Idiota. c. 22. Inexcusabilis est omnis, etiam infidelis, si non diligit Dominum Deum suum, toto corde, tota anima, tota virtute sua. S. Bern. tr. de dilig. Deo.

In omnia re fecit Deus nos inæquales; hos fecit divites, illos pauperes &c. in re tamen necessaria, scilicet potestate diligendi Deum, omnes fecit æquales. Philipp. Diez conc. 1. Pentec. Nihil est tam facile, tam liberum, & tam in hominis potestate; sicut diligere. Proinde nemo se poterit excusare de mandato dilectionis. S. Bern. Sen. tom. 1. ser. de div. dilect.

Nihil levius, quam diligere: qui diligit, non laborat; nihil constat vèctura mercantia amoris: imò amor solvit omnes impensas vècturæ cunctarum mercantiarum, atque laborum. Si ad diligendum divitiis opus esset, iustam hanc excusationem haberent pauperes. Si scientia necessaria foret, excusari tunc possent ignorantés, à servis tunc se excusarent simplices; à laboribus imbecilles. Sola enim libera voluntate, impleri potest mandatum amoris. S. Bernardin. Sen. tom. 2. ser. 3.

Quid vidisti in Deo tuo, ò damnate? quid vidisti; qui, nè diligeres, ardes? quam excusationem afferre poteris in iudicio; qui neque iustus quidem divinam bonitatem amare paruisti. S. Vill. ferm. 1. Dom. 17. Pent.

Quis ego sum, Domine, at quæ est substantia mea, ut sic à me cupias amari? Ecce coram te millia millium angelorum amore tui flagrantium; & tibi curæ est de vili vermiculo super terram repente, ut diligat te? sed non pro te, sed pro me, amari vis à me: quia enim diligit me, idè diligi vis à me. Nostri enim, quia in amore tuo mihi salus omnis, & vita est. Ut enim nemo à vita excluderetur, vitam in amore posuisti; quoniam cunctis præstò est & amare te. Si in alio quopiam opere nostra consisteret salus, excluderetur nonnulli, excusarentur plurimi, quibus tale opus non esset aut possibile, aut facile. Sicut si in elemosinarum largitione saluos nos esse voluisses, excluderetur egenus: si in jejuniis; excluderetur, & grotus: si in doctrina; excluderetur idiota: si in virginitate; excluderetur uxor: si in paupertate; excluderetur dives, &c. At verò ab amore quis excusatur? aut quis legitime excusatur? Sapientibus & insipientibus; divitibus, ac pauperibus; pueris, & senibus; omnifæxi, omni ætati, communis est amor; nullus fenex ad amorem; nemo pauper ad amandum. Quis enim amare nescit? aut nequit? ubique, & omni

tempore, amor omnibus præstò est; sive comedas, sive bibas; sive ambules, sive sedas; sive labores, sive quietas; quomodocumque te habeas, & quomodocumque te veritas; si liber, amare potes; neque te quidquam ab amore valet impedire: adè enim amor tuus est, ut subripi non possit invito. Testes tibi sunt Martyres, & illorum exempla; quibus vita subripi potuit, amor autem nunquam: libentissimè enim vitam dederunt, nè darent amorem; quia amor vita pretiosior est. S. Thom. Vill. ferm. 1. Dom. 17. Pent.

Septimum Motivum.

Est necessarius.

PRæcipi mihi Domine &c. S. Cyprianus. Vide hoc tit. §. 2. Ex Patribus.

Non clarescit anima in fulgore æternæ pulchritudinis, si non asserit in officina charitatis. S. Laur. Just. char. c. 3. Idem dixit S. Greg. l. 18. mor. c. 15.

Omnis oportet per ignem probari, quicumque ad paradysum redire desiderat; non enim otiosè scriptum est, quòd, eiectionis Adam, & Eva, de paradisi sede, posuit Deus in exitu paradisi gladium ignem. Qui habuerit hic charitatis ignem, illic ignem gladii timere non poterit. S. Ambr. l. 20. in Pl. 118.

Regnum cœlorum clamat Deus se habere venale. Da ergo amorem, & accipe regnum; ama, & habet. S. Anselmus ep. 2. ad Hugonem inclulum.

Quid est sine amore anima? quod corpus est absque vita: nam & amor anima est vita; sine qua mortua est, S. Bonav. l. 75. de Ascens.

Amor vita est anima, & qui non amat mortuus est. Idiota cap. 1.

Dicit Salomon Eccl. 11. 10. filii, nè in matris sine alius tui. Etece plus quam Salomon, non ad pauca, sed ad unum dumtaxat docet esse sollicitum: porro unum, inquit, est necessarium; scilicet Deum diligere. Petr. Beulensis ep. 16.

Merito charitas igni comparatur; quia, sicut ignis imperiosè ferrum quasi ignem efficit; ita charitas ignitam reddit animam, quam possidet. Non clarescit anima in fulgore æternæ pulchritudinis, si non asserit in officina charitatis. S. Laur. Just. Lig. vit. de char. c. 3.

Octavum Motivum.

Est utilis, beatus, dives; præmiatur.

Num. I.

Omnia ei cooperantur in bonum.

DEI servis, quæ imminere pericula videbantur, vertuntur sepe in auxilia. Quod patet. Surrexit Balac filius Sopher &c. Jos. 24. 9. Balaam populo benedixit, & Regi insaufa nuntiavit v. 10. Venisti ad mare, perlocutusque fuit Ægyptii patres vestros. Ibid. v. 6. Mare Hebræis videbatur insaufum, Pharaonis persecutioni commodum; verum adè contrarium humano iudicio eventus, ut mare Hebræos securè transivisset; & digna strage absorberet Ægyptios. Naxera hic §. 28.

Etece examen apm in ore leonis erat. Judic. 14. 8. Exodi 2. 5. Pharaonis filia, ob sterilitatem mœsta, cum puellis ad Nilum vadit; vidit filicellam, in qua Hebræi infans decorus; jubet extrahi, & specie oblectata, contra patris præceptum servat, & ad nominis amplificationem adoptat. Confer hanc historiam cum historia Tob. 6. 2.

Etece piscis humanis exivit ad devorandum eum. Si humanis oculis res metiamur; quam felix illa, quam infelix hic! sed illa ex sperato auxilio experitur damnus; hic ex formidato periculo auxilium: piscis sel oculos patri restituit, & Moyses fuit propæta naufragium. Naxera cit.

Accensus est ignis magnus. 2. Machab. 1. 22. Stephanus Cantuariensis: accensus est ignis magnus post aspersionem aquæ: quia cum poenitens bene recordatur peccati; accenditur in eo fervens dilectio Dei: Bene autem dicitur ignis magnus: quia ubi abundavit delictum; superabundavit gratia. Rom. 5. 20. Ut tempus affuit, quo sol resulsit, accensus est ignis magnus. Luc. de Arcanes in If. Disc. 8.

Et nubes suscipit eum Ac. 1. 9. Cur ministerio nubes utitur? Oecumenius: Incarnatus quidem Deus nube usus est tanquam vehiculo; nam dominus erat: Elias vero igne. 4. Reg. 2. 11. Ille enim, tanquam dominus Universalis, propria ascendens virtute, terrenum quiddam, & quod deorum ferret, ad ascensum assumit; nec magis ductus, quam reducens ipse vehiculum. Elias servus erat, ideoque sursum vehente ventriculo egens, & equis, qui velocitatem itineris illi parentem, q. d. ut Dominus naturas rerum mutat; & id, quod serviebat ad descendendum, ita disponit, ut per id sursum ascendat. Sic diligentiibus Deum divina virtute omnia cooperantur in bonum Sylv. hic.

Diligentiibus Deum, fit causa diaboli victoria, coronæ, atque præmiatorum. S. Athanas. lib. Quæst. q. 11.

Diligentiibus Deum omnia cooperantur in bonum. Rom. 8. 28. Quid ais? ò Paule! perestne ignavia fulcire studium? virtutum

Num. III.

DEUM possidet amans.

ECce isto venit saliens in montibus. Cant. 2. 8. Sponsa vehementi amore, & desiderio, querit dilectum per vicos, & plateas; & mox dicit: ecce hic. S. Ambr. Oct. 6. in Psalm. 118. adhuc ego cum quæro, & ille jam venit. Ego fuscitavi mihi charitatem cupio; ad me plus charitas ipsa festinat. Sylv. in Act. 7. quæst. 22.

Dilectus meus mihi, & ego illi. Cantic. 1. 16. subaudi societatem vinculo charitatis, & amoris; & ego illi conjungar, & gloriabor vicissitudine mutæ dilectionis. S. Thom. in Cant. c. 2.

Deum non vides; ama, & habes. S. August. ferm. 2. de divers. Quam multa in damnabilibus cupiditatibus amantur, & non habentur! sordide quaruntur; nec tamen continuo possidentur! Numquid hoc est aurum amare; quod aurum habere? Nobis Deus de compendio se offert, clamat: amate me, & habebitis me; quia nec potestis amare me, nisi habueritis me. Idem ibidem.

Beati verè, & singulariter, & perfecte, beati! qui verè, & perfecte, amant te! — quia habet te quis, in quantum amat te. S. Bernardus lib. de amore c. 8.

Deus solo amore possidetur a viatore homine; & possessio ejus, amor ipsius est. Amor igitur facit, DEUM esse tuum; fecit ipsum possessionem tuam & hæreditatem tuam. S. Thom. Vill. conc. de S. Magdalena.

Sicut Verbum DEI est Filius DEI; ita amor DEI est Spiritus Sanctus; & inde est, quòd tunc homo habet Spiritum Sanctum, quando diligit DEUM. S. Thom. opus 3. c. 8.

Qui DEUM diligit, DEUM habet: & quanto perfectius eum diligit, tanto perfectius habet seipsum. S. Bonaventura. stim. am. c. 8.

Num. IV.

DEUS amat amantes se.

Itandum sit eloquium meum, ego vero delectator in Domino. Psal. 103. 34. Dux quidem res sunt, sed utraque sibi parili societate consentiunt. Sic enim suavis fit Domino nostra laudatio, si nos delectatur in Domino; quantumcumque ille nobis delectetur, tantò illi efficitur chariores. In se enim uniuersique reperit, qualis apud Majestatem illam esse possit: amans diligitur, negligens spernitur. Pro nobis jubemur, ut ex toto corde Deum diligamus; ut in ea iterum mensura ipsius dono dilectionem recipere mereamur. Cassiodorus hic.

Dilige Dominum Deum tuum. Matth. 22. 37. Præmium quidem sperat dilectio Dei; & si non aliud, sufficit hoc ad plenum: ego diligentes me diligo. Prov. 8. 17. Cassiodorus l. 11. c. 75.

Si quis diligit me. Joan. 14. 23. Christus cuius beatitudinè assignat suum præmium Matth. 5. 3. 4. &c. charitatis, regine virtutum, non aliud nisi ipsum amorem. Et Patet: meos diligite eum. Joannis amor amore compensatur. Sylv. hic q. 4.

Num. V.

Thesaurus, præmium &c.

Thesaurizate vobis thesauros. Matth. 6. 20. Thesaurus tuus, est sententia, & voluntate dilecti, mihi non sufficit. Vult proinde nos, vel plures habere thesauros, vel thesaurum nostrum constare pluribus thesauris. Id est, habere nos debere desiderium insatiabile, Deum amandi, jungendo semper novam dilectionem veteri. S. Franc. Salec. l. 12. c. 2.

Inventa una pretiosa margarita, vendidit omnia, quæ habuit; & emit eam. Matth. 13. 46. O præstantissimum thesaurum! quem qui possidet, etiam omnibus careat, dives est; & si cætera omnia habeat, pauper. S. Thom. Vill. Dom. 17. Pent. ser. 1. Charitas thesaurus absconditus est in agro cordis, pro quo emendo vendenda essent universa. S. Laurent. Justinian. lign. vit. de charitate cap. 4. Nulle majores sunt divitiæ, quam Deum possidere, & charitatem habere: qui charitatem habet, Deum habet. Id. ib. Dei amator mercator est optimus, fenerator egregius: dat, quod non potest retinere; & recipiat, quod non potest amittere; dat modicum, ut recipiat centuplum; dat temporalem possessionem, ut recipiat hæreditatem æternam. Id. c. 11. Hoc est totum bonum hominis, nosse scilicet, & amare, Creatorem suum. S. Bern. l. de anima c. 4.

Nihil est, quod Deum diligens etiam pro delinquentibus obtinere non possit. Ennod. ep. l. 6. ep. 36.

Oanima cordis mei! quod, qualeque, desiderium potes amare aliud, quam desiderium omnium amabilissimum! ò amor sacrorum desideriorum! ò desiderium sancti amoris! S. Franc. Salec. l. 12. c. 2.

Avaritia temporalis, per quam avidè thesauri terrestres desiderantur; est radix omnium malorum: avaritia spiritualis, per quam sine intermissione exoptatur purum sacri amoris aurum, est radix omnium bonorum. Id. ib.

Quomodo servare virtutem? Quando vel levis morbus non adversatur salutem? omnia, inquit, cooperantur in bonum; quia gratiæ auxilio, potentiam numinis auxiliante, lumen faciunt de tenebris splendescere; ipsaque vitia virtutibus inservire. Anselmus: usque adeo profusus omnia, ut, etiam si eorum deviant, & exorbitant; etiam hoc ipsum eis proficiat in bonum: quia humiliores reddunt, atque doctiores; & robustius, atque cautius post insistent bonis actibus. Naxera in Josue c. 16. §. 13.

Videbant corpora eorum per tres dies & dimidiam. Apoc. 11. 9. Anti-Christiani eo consilio non sine sancto sepeliri ad majorem ignominiam. At providentia Dei ordinavit, ut eorum malitia inserviret ad majorem gloriam. Albertus M. vult Deus impulsus esse: ut major sit eorum gloria, ut evidens fiat eorum resurrectio: quia, si sepulti essent, non esset ita clara de eorum resurrectione. Sylv. hic.

Solares radii majorem calorem generant in aqua, quam in terra: quia, cum aqua magis fit calori contraria, quam terra; dum majus contrarium in aqua invenitur, fortius ad victoriam radii contrarii exardescit: quia omne contrarium fortius insurgit, dum suum contrarium ad se perferit. Sic & charitas, dum peccatas extinguit, vel ad malum allicientes, adesse perferit; ad resistendum eis se recolligit totam, & majores ex hoc assumit vires. S. Bonaventura ferm. 2. de plurib. Confessor.

Ipsè etiam Infernus, aliorum casus, & peccata, diligenti Deum cooperantur in bonum. Lectabitur iustus, cum viderit vindictam. Psal. 57. 11. Gerfon. ferm. de dominio Evangelico. In bonis, disponente Deo, id agitur; ut unde in eis extinguendus videbatur, inde in eis amoris ardor actius inflammetur: quanto enim Mundi malis acerbius urgetur, quanto gravius flagellis atteruntur; tanto ad Dei amorem vehementius accenduntur. Mirate, obsecro, mirare, & vehementer obfuscare, vel quomodo in malis amor Dei deficit ex beneficio, vel qualiter in bonis divina dilectio crescat ex flagello. Et, quod adhuc est majus, & multo mirabilius: plus fortasse in Martyre amoris flamma convulsa ex tam acerba poena, quam potuisset ex qualibet, & quantalibet temporalis gloria. Vide, quæso, tale consilium, tam mirandum artificium! vides? quomodo summus ille artifex peritiam fixæ artis offendit; qui in electis suis contraria ex contrariis gignit, fovet, & nutrit. Rich. à S. Vict. de arca mysl. l. 2. c. 24.

Puto, amori etiam ipsi obices cooperantur in bonum, & incrementa capit vexata virtus in injuriis. Gilbert. in Cantic. ferm. 37.

Ignis. Lem. Invenit malis. Contraria juvant. Id est, ventum ignem charitatis persecutiones magis inflammant. Picinell. Mundo Symb.

Calx aquis superfluis effervescit. Lem. de frigore servor. Adversus amor Dei exardescit. Id. Genius ad felis radios, & cœnosa & villi materia, pulchram bullam efflat. Lem. foribus ex ipsis formosior ardet. Idem.

Num. VI.

Bovo tuo amas Deum.

Dilectionem Dei non habetis in vobis. Joan. 5. 42. Fontale malum improperabat eis, quòd Deum non diligenter. Ad diligendum Deum factus est homo bonum, non bono Dei: nostra enim dilectione non eget; nec querit sua, sed nostra. Dilectus à Deo protegetur ab adversis, & in sua amantibus requiescit, ipso, juxta vota, fruens. Qui verò Deum non diligit, est segregatus a fonte vite, factus æternæ morti subiectus. Simon de Cass. l. 11. c. 9.

Diligite me plus his? Joan. 21. 15. Iteratò Salvator interrogat. Non quod ignoret, aut non verum sit, quod Petrus antea respondit; sed, ut confitendo sepius, mereatur amplius. Etenim Salvator omnium Christus semper suis fidelibus parat ordinem plus merendi. Id. l. 14.

Nullam à nobis, nisi innocentia, & religionis, & fidei, obsequium Deus postulat. Amari se à nobis exigit; non utique amoris fructum aliquem sui causa ipse percipiens, sed amore ipso potius nobis, qui eum amabimus, profuturo: nam amari se, libique nos obsequi idcirco, ut nobis bene sit, expetit; ut digni beatitudinis suæ, ac bonitatis suæ munere, per meritum amoris sui, & obsequii, judicetur. S. Hilarius in Pl. 2.

Sic gressus meos, semitasque consideras; & diu, nocturne, super cubiliam meam vigilas; omnes semitas meas diligenter notans speculator perpetuus: velut sit totius creaturæ tuæ, cœli, & terræ, oblitus, tantum me solum consideres, & nihil sit tibi curæ de aliis. S. August. foll. c. 14.

O magnificentissime Deus, qui singi laborem in præcepto. Psal. 93. 20. in præcepto, inquam, suavi, & jucundo, amoris tui laborem fingis; ut præmiandi habeas occasionem; & non laboriosum remuneras, quam laboriosum. Tanta est aviditas præmiandi. S. Thom. Vill. D. 17. Pent. ferm. 1.

Amor est, quod Deum diligens etiam pro delinquentibus obtinere non possit. Ennod. ep. l. 6. ep. 36.

Oanima cordis mei! quod, qualeque, desiderium potes amare aliud, quam desiderium omnium amabilissimum! ò amor sacrorum desideriorum! ò desiderium sancti amoris! S. Franc. Salec. l. 12. c. 2.

Avaritia temporalis, per quam avidè thesauri terrestres desiderantur; est radix omnium malorum: avaritia spiritualis, per quam sine intermissione exoptatur purum sacri amoris aurum, est radix omnium bonorum. Id. ib.

Varia alia bona Deum amanti.

A dhsit animi mea postea. Psalm. 62. 10. S. Aug. legit: agglutina est. Vide de desiderantem, videte scientem; videte, quomodo haeret Deo. Nascatur in vobis iste affectus; si jam germinat, compluat, & crescat, perveniat ad tale robur, ut & vos dicatis ex toto corde agglutinata est anima mea post te. Ubi est ipsum gluten? ipsum gluten charitas est. S. August. hic propemum.

Beatus vir, cuius est auxilium abste; ascensionem in corde suo disposuit in valle lacrymarum. Psalm. 83. 6. Quid praestat Deus in hac gratia ei, quem suscipit perducendum? sequitur; & dicit: Ascensus in corde eius. Facit illi gradus, quibus ascendat. Ubi illi facit gradus? in corde. Quanto ergo plus amaveris, tanto plus ascendes. Ascensus, inquit, in corde eius. Ubi disposuit ascensus? in corde. Idem ibi.

Via brevissima ad caelum sine purgatorio; ardens amor Dei. Sylv. in Act. c. 7. q. 22.

Ex Patribus.

Verus animæ sponfus Deus est: quem tunc veraciter, nobis copulamur, quando ei per verum amorem inhaeremus. Rich. à S. Viçt. lib. Benjamin minor. c. 11. Sapit supra modum cordis palato, quod charitate conditur. Idem tr. de viol. charit. 4. gradibus.

Vide, ne desperes, homo: remansit tibi, unde piissimo satisfacias Creditori. Abfolvi vis? ama: charitas cooperit multitudinem peccatorum. S. Petr. Chrysol. 94.

Deum amare, nihil cordi jucundius, & nihil est amanti utilius. Deum amare, est facile. Deum amare est delectabile; Deum amare est utile. Amemus Deum! quia nulla est in hoc difficilior; sed multa facilior: amemus Deum, quia in hoc nulla damnositas; sed utique multa utilitas. S. Bonaventura, Dom. 2. Pent. f. 83.

Sicut Deus, prima Veritas, est objectum intellectus, & ideo quies eius: sic Deus, summum Bonum, objectum, & finis affectus, & quies. S. Thom. opusc. 16. de 10. grad. am.

Amor est Doctor, & sollicitator; qui maxime premit, & pernascat cordi; quod possidet, ut praestet obedientiam voluntati, & intentioni dilecti. S. Franc. Salef. lib. 8. c. 1.

Novum Motivum.

Est facilis.

Media charitate contrahit. Cant. 3. 10. In medio charitas sternitur propter filias Jerusalem. Quae teneris & infirmis, proposita est ad obtinendam salutem. Quis tam tener, ut amare non possit. Id. hic. O homo! qui laboras amando avartiam; cum labore amatur, quod amas. Sine labore amatur Deus. S. Aug. tr. 10. in epist. Joan. Non recusetur labor; si adest amor: nostis enim, quoniam, qui amat, non laborat. Omnis enim labor non amantibus gravis est. Idem ibidem tr. 48. char. viol.

Deus noster cibus, & potus est. Cibus, quando per cognitionem sumitur; potus, quando sumitur per dilectionem. In cognitione aliquid laboris esse videtur, in qua quasi cibus, nisi prius masticatus fuerit, non sumitur. Dilectio difficultatem non habet; & facilius intrat in animam boni dilectio, quam oculi cognitio. Hugo de S. Viçt. quomodo Deus cibus, & potus.

Nihil levius, quam diligere &c. vide superius sexto Motivo in fine.

Sapit supra modum cordis palato, quod charitate conditur. Rich. à S. Viçt. tr. de 4. grad.

Decimum Motivum.

Reddit omnia facilia, est animosus &c.

Figuræ, & Symbola.

Ex Veteri.

Adjuvit eos, animando, vires, & praestitit amorem; figgerendo; ut libenter bajularent arcem, ideoque onus vix sentirent. Quare illud miraculum non tam fuit portentis, quam charitatis; hoc enim efficiebat, ut illud onus, alioquin gravissimum, amantibus levissimum videretur. Corn. à Lap. hic.

Cum leonibus iussit, quasi cum agnis. Eccl. 47. 3. Viri magnanimi, & fortes, ludunt cum leonibus; quando occurrentes, in via Dei, & virtutis, difficultates, persecutiones, obices quantumvis arduos, heroicè, illæsi, & quasi ludibundi, superant, dicentes: omnia vincit amor. Corn. à Lap. hic.

Seraphim. Sex ala uni & sex ala alteri. II. 6. 2. Plures alas habere dicuntur, quibus celeriter ad exequenda, quae Deo placent, volant. Et in charitatis encomio, ubi vulgata legit: Cant. 8. 6. lampades eius, lampades ignis, Sept. vertunt, ala eius, ala ignis. Hinc Divinus amor alatus pingitur. Lud. de Ponte hic in Cant. 5. 4.

Ecce tergo hoc labia tua. II. 6. 7. Post haec ait Dominus: quomodo miseram? & quis ibit mihi? respondit animosè: ecce ego, miserte me, Sanct. Basilius M. hic: Nihil invitus, seipsum permisit Deo; perque exuberantem charitatem se iniecit in medium subeundis periculis; nihil secum reputans eorum, quae sibi irroganda essent à populo, mala. Sanct. Gregor. apud Hugon. Cardin. machina cordis est vis amoris. Quando ad aedificium ingens ali-quod saxum levandum, quod humeris fieri non potest; invenit ingeniosa hominum industria instrumentum quoddam, seu machinam volubilem; quam dum pauci viri gyrant, gravissima saxa tam leviter atollunt, ac si lapillus esset. Marfil. Ficinus in convivio Platonis cap. 3. or. 8. Mars sequitur Venerem; Venus Martem non sequitur: quoniam audacia amoris pedissequa est; non amor audacia: non enim ex eo, quod audaces sunt audacissimi fiunt; quæque pericula propter amorem intrepidè subeunda. Didac. Niff. polit. coel. pag. 2. l. 2. c. 8.

Animalia ibant, & revertebantur, in similitudinem fulguris coruscantis. Ezech. 1. 14. O virtus ignis Divini! qui terrena animalia convertit in splendidi, frigida in ardentia, tarda in celerima; & alas igneas praebet ad obediendum, & discurrendum per orbem; pennas ignitas ad ascendendum; & omnia impedimenta; ut fulgur, vincit, omnes difficultates superat. Id. ib.

Ex Novo.

Domine, si tuas, iube me venire ad te. Matth. 14. 28. S. Ambros. in sermonibus. Non videbat Petrus, ubi pedum vestigia poneret, videbat autem, ubi figeret vestigium charitatis: in navi enim positus considerat Dominum, & amore eius ductus descendit in mare. Non cogitat labentes aquas, non fluentia currentia; & dum Christum respicit, non respicit elementum. Nescit, quid sit amor, qui laborem nescit. Interrogati Athenienses, quod nomen accomodatissimum amoris fore putaret? ubi diu de variis altercati titulis, de nullo concludit: Amor pronominè amans vocetur. Did. Niff. pol. coel. cit. S. Maximus hom. 4. de poenit. Petrus ambulavit in mari Petrus magis dilectione, quam pedibus.

Angelus dixit mulieribus; nolite timere. Matth. 28. 5. S. Cyrill. Jerol. catech. 14. non dico militibus, ne timeatis, sed vobis: illi timeant, vos autem non estis necesse timere. Ecce tibi ingeniam rationem: perfecta charitas foras mittit timorem. I. Joan. 4. 28. q. d. ubi amor non est, qui non fuit in militibus; necesse est timere. Mariae autem, amantes Dominum, causam timoris non habuerunt. Paol. tr. f. 33. in festo S. Mich.

Una Sabbati. Joan. 20. 1. Per noctem ambulaverunt, quæ diluculo ad monumentum fuerunt. Sabbato quieverunt, propter mandatum legis: quia lex Sabbato vetat operari. Constat itaque, quia in lacrymis pervigiles, amore, nimirumque retardantis longa Sabbati mora, fatigatae; mox ut onerosum illud Sabbatum abiret, non quieverunt, non dederunt oculis suum somnum, non Luciferum, ad proficiendum, praefolata sunt; noctem pro die, desiderium pro duce, lunam rapere pro sole. Falsò igitur quidam Evangelistas calumniati sunt, quod contraria dixissent, in eo, quod Matthæus vespere Sabbati, ceteri prima Sabbati diluculo, mulieres venisse dixerunt ad sepulchrum. Matthæus enim, ut eorum commendaret desiderium, quando venire coeperunt; ceteri dixerunt, quando pervenerunt. S. Rupert. in Joan. 1. 14. c. 20.

Si tu iustulisti eum. Joan. 20. 15. Credisne tu mulieri, omnibus, scuti tibi, tuum familiarem esse feromonem? credis omnibus, scuti tibi, tuum esse dolorem? ut dicas, si tu iustulisti eum? Impotens viribus tollendi fingebat audaciam; sed amor impossibile ad possibile sua opinione reducit; & quod nequit efficere, posse credit. Sim. de Cassia l. 14.

Et ego eum tollam. Joan. 20. 15. Charitas debili feminae ingente; contulit vires. Ut ego eum tollam. Quam Christus mulierem prius vocavit, post magnanimos ausus Mariam nuncupat. Unde post illa verba, ego eum tollam, statim dicitur: dicit ei Jesus Maria. v. 16. Quæ pondus angelicis humeris formidandum portare audeat, merito vocatur Maria. Cum cupit esse Jesu bajula, fit Mariæ Matris Jesu nomine, & munere, æmula; illa Jesum portavit in utero, ista exoptat portare humero. Arcones in II. 2. Disc. 4.

Vas electissimè. Act. 9. 15. Labor, & amor, sunt gemelli, ait Plato: quia quem quis amat, pro eo laborat, nec ullum pro amato recusat laborem; uti Paulus pro Christo. Corn. à Lap. hic.

Quis nos separabit? Rom. 8. 35. id est, quis nos avetere poterit à dilectione Christi? qui nobis tam magna, & innumera, praestitit beneficia. Tribulatio? sed non facit: quia dilectionem firmi Christiani nulla vincunt tormenta. Amantis enim plus incitatur charitas, si eum, cuius sensit beneficia, prohibeatur amare. S. Amb. in ep. ad Rom. c. 8.

Circinus. Circini pes unus haeret fixus in centro, alter verò circumductus circumscribit peripheriam: quia enim unus pes haeret in centro fixus; hinc ille alterum dirigit, ne qua exorbitet, sed circumactus circulum undequaque æquè a se distantem; ideoque exactissimum describat. Sic cor, per charitatem affi-

rum Deo; movet manus, pedes, oculos &c. ad auxilium proximorum; & omnia ex DEI nutu, & amore, facillimè, sanctissimè, & felicissimè, conficit. Corn. à Lap. in Ecclesiasticum cap. 47.

Heliorepinum. Lem. frustra obstant, Nimirum nubes, quò minus solem sequantur. Picinelli.

Corpus vivum. Corpora animalium dicuntur esse leviora post prandium, propter caloris confortationem, & spirituum generationem, quibus corpus levatur; & corpora mortua sunt graviora vivis. Sic Charitas omnia levia facit. Jo: à S. Geminiano l. 1. de exempl. & rerum similitudin.

Sol. Aqua, quam diu frigida, gravis omnibus; calefacta à sole affurgit. Lem. grave nihil est amanti. Charitas omnia suffert. 1. Cor. 13. 7.

Ex Patribus, & aliis.

Omnia levia, & inmania, profusa facilia, & propè nulla, efficit amor. S. August. l. 9. de V. D.

Nihil est tam durum, atque ferreum, quod non amoris igne vincatur. Id. de morib. Eccl. 22.

Nihil amantibus durum est, nullus difficilis cupienti labor est. Amemus & nos Christum, ejusque semper queramus ample-xus & facile videbitur omne difficile; breviter putabimus univer-sa; quæ longa sunt. S. Hieron. ep. 22. circa finem.

Amanti nihil difficile. S. Bernard. Dom. palm. f. 1. Fortem faciat vis amoris: quia nihil durum, nihil amarum, nil grave, nil lethale, computat amor verus. Quod ferrum? quæ vulnera? quæ poena? quæ mortes? amorem prevalent separare perfectum? amor impensabilis est licet; respuit jacula, gladios excutit, periculis insultat, mortem redit. Si amor est, vincit omnia. S. Petr. Chrysol. f. 40. de bono pastore.

Amanti nihil difficile, nihil laboriosum est: ignem, carceres, tormenta, & ipsam, ultimum terribilium, non veretur inor-tem. Præsentia deserit futurorum, temporalia damna lucrum exilium aeternorum amore. S. Laur. Justin. Discipul. Monast. cap. 1.

Non erit cuiquam labor durus, qui charitatis pane fuerit confortatus. Thom. Kemp. de trib. tabernac. c. 1.

Undecimum Motivum.

Est dulcis, delectabilis.

Cantate Domino canticum novum. Pf. 95. 1. Quod ibi dixit canticum novum, hoc Dominus dixit mandatum novum. Quid enim habet canticum novum, nisi amorem novum? Cantare amantis est; vox hujus cantoris, fervor est sancti amoris. S. Augustin. ser. 256. de temp.

In Canticis Salomonis, ubi Divini amores describuntur, omnia, quæ ibi narratur, ad jucunditatem, & delectationem pertinent; scilicet unguenta, flores, horti, vineæ florentes, ligna pomifera, fragrantis rose, conditum vinum, savius mellis, lac, pulchritudo: ad infinuandum, quod amor fit parens omnium rerum delectabilium. Ipsa mors amanti delectabilis, ut patet in Martyribus. Philipp. Diez. tit. Lætitia iustorum.

Inter ubera mea commorabitur. Cant. 1. 12. Dilectus inter spon-sæ ubera commoratur, cum à Fideli dilectus anima Christus toto corde diligitur. B. Petr. Dam. ep. 6.

Quam pulchros es, & quam decoratissimè in deliciis. Cant. 7. 6. Theodoretus ait, has delicias esse amoris. Diligens enim, inquit, amantem te sponsum; & in ejus amore tuas omnes delicias collocans, reliqua omnia deperxit. Corn. à Lap. hic.

Tollite jugum manus super oculos. Matth. 11. 29. Suave jugum præceptum amoris: nihil enim suavius cordibus, quam amare. Leve onus, quoniam juxta naturam conditum est, quod imponitur. Sim. de Cassia l. 7. c. 22. Jugum ejus amor est. Nihil amore suavius, quo Deus amatur, & proximus. Onus, quod Christus imponit, penitus levissimum est; quando neminem gravat onere suo supra virtutem, & facultatem; supra debentur expediens, & necessarium; supra impossibile, supra conscientiam ipsi naturæ. Id. l. 9. c. 28.

Ex Patribus, & aliis.

Toties Deum osculamur, quoties in ejus amore compungimur. S. Aug. Man. c. 23. Cantare, & psallere, negotium solet esse amantium: vetus enim homo in timore est, novus in amore. Id. f. 18. in diversis.

Nullo modo sunt onerosi labores amantium, sed etiam ipsi delectant, sicut venantium, aucupantium, piscantium, vindemiantium, negotantium, ludo aliquo sese oblectantium. Et vide quam pudendum, & dolendum sit; si delectat labor, ut terra capiat, ut sacculus impleatur, ut pila jaciatur; & non delectat, ut Deus acquiratur. Id. lib. de bono viduit. c. 21.

Verè dulcis, & suavis cibus Charitas; quæ fessos allevat, debiles roborat, mortuos lætificat. S. Bern. tr. de grad. hum. & superb.

Amā Deum plus quam teipsum; & jam incipis tenere, quod ibi perfectè vis habere. S. Anselmus ep. 2. ad Hugonem inclulsum.

B. J. Spanner Poly. Tem. 1.

Aliorum alia officia sunt, vestrum speciale munus est amor. Improbus sui provocator est amor, & dulcem agit in patientes tyrannidem. Gilbertus in Cant. f. 19.

Non sunt condigne passiones hujus temporis ad guttam minimam divinæ dulcedinis, quæ praefatur amantibus. S. Laur. Just. opusc. de inter consil. c. 6.

Est amor suavissimum manna; quod secundum diversas dispositiones, & status hominum, diversiformis animæ gustui sapit. S. Bern. Sen. tom. 3. ferm. de div. dilect.

Præcipis, Domine, atque severo nimis injungis mandato, ut amem te; & in omnibus, & super omnia diligam te. Tam inquis ego sum, & tam ingratus, ut tali egeam mandato! Postquam à te factus sum, & tanto pretio redemptus, & tanta beneficia, quæ mihi quotidie praestas; opus est mandato, ut diligam te! o suave nimis, & dulcissimum mandatum. Et quid mihi gratius, quam amare te? quid jucundius, quam diligere te? Et quis potest non amare te, Domine mi? si præciperes, ut non diligam te, hoc mihi impossibile, & intolerabile videretur; tolerabilior propemodum Infernus est, quam non diligere te. S. Thom. Vill. Dom. 17. Pent. f. 1.

Quid est vita sine amore, nisi atrocissima mors? qui non amat, etiam dum vivit, mortuus est à corde. Vita enim cordis amor est. Id. ib. vide plura.

Quoniam dilexit multum. Luc. 7. 47. Dulce purgatorium, tolerabileque, præter asperum sentium, contra tenerum sentium, amonem, atque suave; possibile ad habendum, inexcusabile non habitum; commune omnibus, est dilectio: cujus virtute non solum peccata purgantur poenalter, sed dulciter remittuntur. Sim. de Cass. l. 9. c. 29.

Ignis cibus dat saporem; ita amor omnes cibus fapidos reddit, & optimi gustus. Did. Stella de am. Dei med. Med. 48.

Duodecimum Motivum.

Infelicitas, damna non amantium.

Sedebit in lacribus Aquilonis. II. 14. 13. id est, eos possidebo, qui frigidi remanebunt à dilectione Creatoris. S. Rupertus Abb. l. 2. in Ex. c. 3.

Amaritudine plena sum. Thren. 1. 20. quia omnino illud, quod jusserat sponse, in Canticis, non implevit: pane me ut servatulum super corruum. Cant. 8. 6. Quod si poneret; hostes eam non adirent, ut subverterent. Et ideo, quia noluit retinere dulcedinem tanti amoris, ut esset fortis quasi mors ejus dilectio; repletur quam sepe omni amaritudine inus, & forsique tribulationibus. S. Palchaf. hic.

Dilectionem Dei non habetis in vobis. Jo: 5. 42. Vide superius Motivo 8. num. 2. initio.

Ad eum venientem. Jo: 14. 23. Mirabile, quod loquens Dominus de illo, qui amat, statim ponit amoris precium; at verò cum loquitur de eo, qui non amat, non ponit peccati poenam.

Quid est hoc? o amor noster! tamne parvum malum est, te non amari; ut nullam te non amanti poenam statuas? quin inò tam grande malum est, te non amari; ut, dato, quod gehenna non esset; suavitatis, ac dulcedine hujus amoris solum carere, sic gravissimum supplicium. Philipp. Diez Conc. 1. Pent.

Nec castitas est bonum, & ex virtute; nisi fiat propter dilectionem in Deum. Clem. Alex. l. 3. Strom.

Qui parum amat Deum, non multum odit peccatum. S. Franc. Salef. l. 6. c. 13.

Quidquid non tendit ad amorem æternum, tendat oportet ad mortem sempiternam. Id. l. 10. cap. 1.

Decimum tertium Motivum.

Exempla.

Ipsè verò portabat in manibus ignem & gladium. Gen. 22. 6. Manus quidem ferebat ignem, qui sensibilibus erat: intus autem accendebat ipsius mentem, & rationem absorbent, & persuadebat, ut vinceret amor in Deum. S. Chrysof. hic hom. 47. Quovis igne vehementiore excipit charitatem, acutioremque gladio amorem reddidit: nam in ipso vincula præcidit naturæ. S. Ephrem de Abrah. & Isaac.

Diligam te Domine. Pf. 17. 3. Promittit B. David, se dilecturum esse Deum: non quod hoc perfectè nondum impleverit; sed quod non patitur, ut ulla sanctitas hujus amoris eum capiat. B. Theodoretus hic.

Duobus velabant faciem ejus. II. 6. 2. Ex Hebræo tam faciem ejus, quam facies suas legi potest. Velabant facies suas præ intima reverentia; quod tantum divinitatis jubar irretito oculo aspicere non possent. Pedites verò velabant præ verecundia; ne quis aspiceret imperfectum eorum amorem, & affectum; cujus Symbolum sunt pedes. Ita Chrysof. l. 4. de hac visione. Corn. à Lap. hic.

Mira res! plus in cruce latro Christum dilexit quam Judas in coena. S. Maximus hom. 1. de S. Latrone.

Refert Bollandus de S. Laurentio Jucundiano 8. Jan. dum Monachus esset, rigente hyeme ad ignem accendebat nunquam vilis est:

Pater